

Vixit in Car.
tusia Treu-
rensi, circa
annum Do-
mini 1510.

MARCVS FABRI, profesus domus:
Treuirensis, dicitur nonnulla conscripsio-
ne, de quibus certam habere cognitionem.
nequeo; exstat verò epistola Henrici Be-
belij, ad eundem scripta: vnde sub Maxi-
miliano I. Cæsare claruisse certum est,
nempe circa annum Domini 1510.

Obiit anno
1394.
a Lib. 22. de
signis Eccles.
cap. 5. pag.
1079. lin. 2.

MARSILIVS INGENIVS, siue de
INCEN, refertur à Thoma a Bozio, alijs-
que nonnullis inter eximios nostri Ordin-
nis scriptores. Verum nihil tale præ se
fert vel Trithemius, vel Possevinus. Fuit
verò primus Heidelbergensis Gymnasij
fundator, quod Rupertus Bauariæ Dux
instituens, magnifice dotauit, & Vrba-
nus Papa VI. (considerent hoc moderni
Heidelbergenses Professores, quem nam
primarium Academiz sue imitatem,
atque approbatorem habuerint, cùm ni-
mirum vnius labij Germania esset, hoc
est Romanæ, ac Catholicæ fidei) confir-
mavit. Porrò Marsilius hic vtrum Anglus
natione, an verò Germanus fuerit, præfa-
ti auctores dubitant, & nos cum illis. Li-
cet inficias interim ire non ausim, quin
fieri potuerit, vt ex professore Heidelber-
gensi, tandem Cartusianus sit effectus:
quemadmodum etiam IOANNES HA-
GEN de Indagine, ex celebri Erphordia-
na Vniuersitatis professore, huic eidem
fami-

familiaz nomen dedit: ita namque sentit
Bozius, penes quem rei huius sit fides.

Edidit verò hic MARSILIVS haud af-
Scripta eius,
pernandæ eruditiois opuscula. E quibus
hæc in Bibliotheca Heidelbergensi ma-
nuscripta, suo tempore adseruata fuisse,
Trithemius memorat: nempe,

* *Quæstiones Sententiarum, lib. 4.*

* *Typis ex-
De Dialectica, & plures alios in Aristote-
lus opera, Commentarios.*

Excelsit verò è vita tempore VVen-
ceslai Imperatoris, & Bonifacij Papæ I X.
anno Domini 1394. decimotertio Calen-
darum Decembris, vbi habet Trithemius,
licet Possevinus dicat eum vixisse
anno 1494. errore nimirum typographi-
co; qui in numerum, quod facile fit, irre-
psit: adeo vt pro 1494. poni debeat 1394.
Bonifacius namque I X. sub quo I N G E-
NIVM expirasse auctor est Trithemius,
ex hac luce migrauit An. Domini 1404.

MARTIANVS N. Prior Veneriarum
scripsit carmine, quare Cartusiani non colant
proprios, quos suo in ordine habuere, SAN-
CTOS. Hæc Herbipolenses. Verum de auctoris
ætate, patria, ac cognomine, altum vbique
silentium, etiam me penes: eruant posteri
dum nos desiderilemus, ac talia prope-
modum fastidimus: immemores planè
admonitionis Ecclesiastici, suadentis lau-
dan-

dandos esse viros glorioſos, & parentes noſtros
in geueratione ſua. Hęc in qua in, ſuadet ille,
an etiam perſuaderet?

MARTINVS de LAVDVNO, Picardus
ac Prior Vallis S. Petri, vir in diuina le-
ctione literarum mirum in modum exer-
citatus, adeo ut in numerato eaſ habuerit,
tum quoque vitaे conuerſatione eximie

pius. Eius nuper PARAE NETICAM
Anthon. am
Heraet Co-
lonie, anno
1607. eſtque
decemſqua-
terniorum.
Prodijt apud
Sacrae Scripturæ ſententijs, tibi in uicem
mirabili ſtudio artificioque connexis
decep̄tam: ac cuidam nouello Cartu-
ſenii Ordinis tyroni directam: in qua
ad perſuerantiam illum hortatur.
Quam non nemo hiſce commendat ver-
ſibus.

Si quis Epiftolium leget hoc mirabile, diſcret
Quanta boni casti cura ſit eloquij.
Nota magis nulli domus eſt ſua, quā Venerando
Illiſ authori pagina ſacra fuit.
Nullum etenim ſenſum aut dictum, vix deni-
que verbum;

Quod non contineant BIBLIA SACRA,
tenet.

Multa tamen diuo tenet admiranda Platonii,
Qua meritū ſtupeat doctus Aristoteles:
Multaq; SANCTORVM decretis conſona
PATRV M
Tradidit, è ſacris ſumpta voluminibus.

Multa

Multa quidem DIVVS BERNARDVS
dogma fulſit

Codice diuino Canoniciq; libris;
Doctoresq; alij preclarar a volumina paſsim
Muniēre ſacri viribus eloquij:

At nullum legi qui ſenſatot accumulārit

E ſacris verbiſ, author ut iſte, meris.

Hoc igitur propriæ meruit Cartuſia laudis,

Nōrit ut è ſacro Codice ſola loqui.

Sed quicq; d meruit, petit ut referatur ad illū,

Vnde datū plenum manat, & omne bonum.

Cæterum, de Auctore ita Posſeuinus:

Martinus, inquit, Laudunensis, vallu S. Petri
Cartuſianus, ob sanctitatem celebris, hortato-
riam Epiftolam ſue libellum ſcripſit, quo Noui-
tium increpat, cogitantem priſtinum Ordinem
laxiore r̄petere, è quo ad Cartuſianos vene-
rat. Quin & eximius quidam noſtri aui

R. D. Gai-
lielmuſ Salſ-
mannus, car-
men Iambicū
noſtra pra-
fixit editio-
ni.

Pie, LAVDVNI alumnus, atq; filius

MARTINE, ſic exuberat tua indoles

In entheas ignita proſperè faces,

Vt quod volutas corde, quod præcordijs,

Sit non niſi cœleſte, non niſi ſacrum, &c.

prout in principio Parænetica huius Epi-
ſtola, ſacrae Scripturæ locis, ad marginem
a nobis illustratis, conſpicere licet.

Porrò, quando Auctor vel in viuis fue-
rit,

rit, vel è vita excescerit, incompertum nobis. Neque enim illius aut apud Posleium, aut Trithemium vlla fit mentio. Vnde hic iubet Plato quiccer.

M A U R I T I V S C H A N C A E V S, natione Anglus, ac Lundinensis Cartusiæ professus, vixit in Britannia illa tempestate, quando horrendum illud schisma ab Henrico 8. circa annum Domini 1535. excitatum, aliquot præstantis doctrinæ ac pietatis Viros, inaudito crudelitatis genere, è medio sultulit, ne dicam Martyres effecit. Quos inter non solum duo illa præclara suère patriæ lumina, atque Orthodoxæ fidei culmina **I O A N N E S R O F F E N S I S**, constantiæ caussa galero ac purpura donatus, ipseque regni Cancellarius **T H O M A S M O R V S**, sed è **C A R T V S I A N A F A M I L I A** nonnulli inculpatæ vitæ religiosi:

*Quorum ter senos infandis Anglia fatis
Interimens, ignara spei, sortiis, futura,
Aut trabe subnexos ferali, aut carcere
vincos,*

Fætenti pedore necat.

Quorum equidem res gestas, atque insigniem animi fortitudinem, non auritus aliquis, sed oculatus teletis Mauritius nempè Chancaeus, optima conscripsit fide: eaque ad totius Ordinis Generalem transmisit. Vbi inter cætera suam deplorat infelicitatem,

tatem, quod nimirum dignus à Deo habitus non sit, qui cum sanctis hitce suis, eiusdem secum professionis fratribus, Martyrij palma potiretur. *Ego*, inquit, nulla sum laude dignus, quin potius vituperio & ignominia. Prodi namque ex illis, res in aperto est, sed non eram ex illis. Nam si fuisset ex illis, permanisset viisque cum illis: bibiturus calicem quem & illi biberunt. *Ego Saul* inter ^{1. Reg. II. 12.} Prophetas, ego filius Effrem, intendens & mit- ^{Psal. 77. 9.} tens arcu, conuersus in die belli, ab ijs retrosum, in non custodiendo, que apud me repositæ erat. Et quidem voluit diuina sapientia, attin- ^{Sapien. 8. 1.} gens nimirum à fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter, supereesse aliquem probatae fidei testem, qui sanctum hoc auitæ fidei prælium, quod Patres nostri ad finem vique ad' præliarunt, literarum monumentis ad posteros transmitteret. Qualis in primis hic **C H A N C A E V S** fuit: qui fratribus suis omnibus vel supplicio è medio sublatis, vel in vastum exilium longè hinc inde relegatis, in Belgium tandem appulsus, quidquid suis usurpauerat oculis, fideli calamo confignauit. Quem vt ab aliorum (maxime verò hæreticorum) iniquis vindicemus calumnijs, operæ pretium fuerit hic in medium proferre commenta ea, quæ Iosias Simlerus de hoc integrissimæ vitæ Patrē

Patre ex Balæo, pessimæ noto scriptore, in Epitome Gelnerianæ Bibliothecæ cōminiscitur, vel potius delirando effutit. Sic enim ait: *Mauritius Chancœus, Anglus, Cartusiensis Monachus, & ab Anglia ob Papismum (hoc est, Orthodoxæ fidei constan- tiam) profugus, scripsit sub titulo HISTO RIAE MARTYRVM ANGLIAE: quamvis essent tyranni ac proditores, de Rof- fensi, ac Mora, de Reginaldo, & octodecim Cartusianis.* O quām accuratè Balæus rem tetigit? homo nimirum nō solū ab auitæ fidei sinceritate prorsus alienus, sed & monasticæ professionis præuaricator cum primis sacrilegus: quem ex eius libris fraterculum fuisse, & postea è claustrō ad incestum proruissle, auctor est Alanus Co-
timiane anno
1566 pag.
153.

Edition. Pla-
tiniana anno
1566 pag.
153.
Lib. 5. Dial
cap. 19. pag.
68. lin. 11.

Quippe cùm hic pseudohistoricus, *syphanta fuerit* (ver- bis vtor Alani) *impudentissimus*, atque apo- stata spuriissimus: dignior sanè qui lupanari, quām qui Ecclesia proficeretur: vt potè cui multos iam annos nihil aliud aquæ videtur cordi fuisse, quām vt turpem ipse, contra re- ligiosum castitatis votum, Venerem exerceret: obscenitate verborum omnes lenones & me- retrices superaret, conuiciorum piauſtra in optimos quoſque (maximè in innocentif- simos

ſimos nostros hosce Anglicanos Marty- res) tum viuos, tum defunctos congeret; & cætera quæ ibidem consequuntur, vel potius toto ipso capite decimo nono, & decimo octauo Ita vt Balæum huius ca- lumniæ pudere iure merito oporteat.

P O R R ò, octodecim hosce noſtræ religionis fratres, non aliam ob cauſam horrendæ neci destinatos, quām quod ab Orthodoxæ fidei tramite nollent disci- fere, ipſoq; Romatio Pontifici, tanquam supremo Christi in terris Vicario, perfidè renunciare, atque adeo Regem ipsum pro primario Ecclesiæ capite agnoscere, illiusque diuortio ſubſcribere, teſtes ſunt oēs probatæ fidei, atque Anglicanæ nationis, Scriptores. E quibus hic vnū nobis dabo, nempe THOMAM STAPLETONVM, vi- rum prælanti equidem doctrina, ac pu- blicum diuinarū literarū professorem, à quo omnis mentiēdi ſuspicio longè alie- na. Hic igitur vitam, mores, ac ſupplicium Prodijs Dua- Thomæ Mori accuratè perſcribens, inter ci apud Bo- cætera a ita ait: Certè Garminius Gardinerus gardum, an- vir nobilis & doctus, at laicus, cum octo annis no 1588. a Cap. 20. poſt necem Mori, pro primatu Romana Sedi inſinu pro- Martyrium ſubiret, in loco ſupplicij nullam fecit teſt- alia apud populum rationē ad ferre voluit, cur monium Cartuſianæ pie- ipſe in illa cauſa morte oppeteret, q̄ quia CAR- taliſ ac ſimi- TUSIANORVM PIA SIMPLICITAS plicitat.

(vbi hic proditio, h[ic] tyrannis, & Balæ?)
ROFFENSIS EPISCOPI INCREDI-
BILIS DOCTRINA, & THOMAE MO-
RI SINGULARIS SAPIENTIA eum ve
hoc faceret, admonere videbatur. Hæc Mar-
tyr de Martyribus.

Cui non immerito subscrabit eximi-
um sanè Lusitaniz[em] decus Hieronymus

*Haud procul
à principio.*

Oforius, qui doctiorie art eloquentior
sit, incertum: hic inquam libro primo
contra Haddonum Anglum, hisce eum
verbis, super crudelissima Patru[n]o[n]stro-
rum internecione, interpellat: Tu[n]c solus
ignoras, ex quo primum tempore Bri[ti]ania gra-
ui infamia labore? Quomodo enim fieri po-
tuit, vt cum sancti Viri Ioannes Fischerus Pon-
tifex Roffensis, atque Thomas Morus PRO-
PTER RELIGIONIS, FIDEIQUE

CONSTANTIAM publice ingulati sunt.
CUM CARTVSIANI VIRI RELIGIO-
SISSIMI, crudelissimo fuere suppicio mas-
titati: cum ades, in quibus perpetue castitatis
domicilium constitutum fuerat, publicate, at-
que in profanos vsus conuerse? Facta est nam-
Cartus. angl. que, vti historica memorat narratio, Lon-
dinensis Cartusia spelunca latronum, ac
scortantium domicilium, adeo vt in ipsa
Ecclesia aleis ac chartis luforijs profana
militaris turba operam dederit. Et pau-
lo post idem Oforius: iam verò CAR-

TUSIA-

TVSIANI, inquit, HOMINES
SVMMMA RELIGIONE PRAEEDITI,
fori atque publica lucis insolentes, cur ita
crudeliter à vobis vexati, suspensi, dilacerati,
flammisque absunti? ob id certe, quod senten-
tia sua, id quod ei nefarium videbatur, minimè
comprobant.

Quod cùm omnino ita se habeat,
putau[er]t mei esse muneris, CHAN-
CAEV M hunc NOSTRVM, vtpote inte-
gerrimæ fidei auctorem, ab adulterino
balatronicis Balæ balatu vindicare. Fuit
namque MAVRITIVS hic (vt etiamq[ue]
constare potest Anglicanis nostris Patri-
bus, hac tempestate Mechliniæ, Brabantiq[ue]
meditullio, degentibus, quibus P[ro]T[er] O[ne] R[obertus]
olim in Belgio p[re]fuit) eximiè pius, ac
sincerè doctus: cuius opera à mendis ex-
purgatus, ac denuò recusus fuit PEIRVS
SVTOR, de vita Cartusiana: impressus
nimirum Louanij, apud Ioannem Foule-
rum, Anglum, sub capite q[ui]aurato, An-
no reparatæ Salutis 1572. cum epistola de-
dicatoria MAVRITII CHANCÆTI
ad R.P.BERNARDVM, cognomento CA-
RASSVM, totius Cartusiensis Ordinis in-
signem Monarcham. Porrò, obiit idē hic
CHANCAEV anno octogesimo primo
superioris seculi. Cuius historica Anglorum
Cartusianorum narratio, Coloniæ Vbiorum

Q 3

apud

apud Bernardū Gualtheri, æneis aliquot illustrata figuris, superiori anno prodijt.

MICHAEL N. Prior domus Vallis S. Mauritij in Gyrio (Slavoniæ hæc regio) scripti, vti Herbipolenium Patrum nostrorum instruētione edocetus sum, de custodia Virginitatis libros duos, in quibus Virgo & Magister colloquuntur: quorum neutrum vti his oculis vidi, sic nec de auctoris vel ætate, vel eruditione sententiam proferre queo. Quæ idcirco posteris quoque accuratiū indaganda relinquo.

N.

*Obiit Seniū
in Hetruria
extinctus
dolore calcu-
li, an. 1443.
vel ut alij
volat 1446.*

*Lib. 7. No-
tar. cap. 1.*

NICOLAVS ALBERGATIVS, siue Albergatus, ex Bononiensis Cartusia Monacho, loci istius celeberrimi designatus Antistes, ac deinde etiam S. R. E. Cardinalis, quandoquidem eximias eius virtutes, ac celeberrimas aliquot, quas ad Principes obiit legationes, copiosè ex Sigonio, Platina, Ciaconio, Bostio, nec non & B. Anthonio, alijsque aliquot auctoriis nostris in Dorlandi Chron. ELVCIDATIONIBVS ad longū recensuimus, vti Lectorum quilibet vide re illic poterit, idcirco unico hīc Petri duntaxat Sutoris testimonio cōtentii, audiūm lectorēm eō relegabimus. Sutoris aut̄ verba hæc sunt, NICOLAVS ALBER-

GATVS,

CATVS a, ex insigni familia ortus, Cardinalis S. Crucis, & Bononiensis Ecclesie Presul, tract. 3. ca. 7. rerum humanarum diuinarumq; cognitione pag. 569. mirum in modum ornatū, sanctimonia praci- El insigni puus, fama per celebris, post primæ etatis florē mundi oblectamenta deseruit, & vias Domini duras ingressus, Cartusianum Ordinem est professus. In quo quidem cū amos aliquot it Cartusianus laudabiliter exexistet, multis dignitatibus, licet refragans atque enixissimè reluctans, donatus est. Quas consecutus, diligentissimè studiit Item Bonistis religionis rigorem obseruare, bonumq; nienium Presulē in omnib; referre, & Reipublica Christiana subficio adminiculog; singulari semper effe. Sed & vti sydus ubiq; refulgens omnib; profdet, multas scribi curauit epistolās eruditissimas, cœlestem animi sui pulchritudinem, ac sapientiam penè diuinam referentes. Vel vt b Dorlandus habet, studijs assiduis incumbebat, crebro per populos Dei verbas onerabat, dicit ab Sermones, epistolās ad diuersos ornatae cap. 1. p. 382. tissimas transmettebat, tanquam sapiens architectus, sicut docteg; suum adimplens officium. Pergit porrò Sutor: tandem post multas fælices, præclarosque actus, post labores suoresque varios, post legationes cum plena & ampla potestate creberrimas, post grauem denique calculi morbum (quo ad mortem usque fatigatus fuit) rebus exceſit humantius. Quo vita defuncto, tota flevit ciuitas, cum dolorre

*Moritur in-
tatu Italia@*

tota planxit Italia. De quo multa cum laude
meminuit Poggius Florentinus. Extollit & eum
e Cap. 22. de magnificè C Bostius : dicens , fuit vita eius ro-
viridus fr. tius sanctitatis exemplum , eloquentia stupor,
Ord. Cartus. doctrina miraculum . Speculum itaque sine
macula extitit Pralatis omnibus , Pater pau-
perum , & inter Dominatores Orbis disiden-
tes pacis reformato , impeditor schismatis,
errorum excidium , &c.at. Demique prome-
runt duos de familia sua , scilicet N I C O-
L A V M V . & P I V M I I . (qui antea
Aeneas Sylvius dicebatur) in Summos Pon-
tifices sublimari . Haec tenus Sutor: qui ta-
men omittit diem obitus sui adsignare ,
quem Bostius & Dorlandus dicunt fuisse
annum Domini sextum & quadrage-
simum , post millesimum quadringen-
tesimum ; dissidentes nimirum ab alijs
auctoribus , maximè vero Alfonso Cia-
conio , qui Summorum Pontificum , nec
non & Cardinalium res gestas insigni vo-
lumine prosequens , de hoc nostro A L-
d pag. 908. B E R G A T O ita ait d; obiit Seni septimo Idus
in fine. Maij, anno Domini millefimo , quadringente-
simo , quadragesimo tertio , Pontificatus E V-
GENII XIII. cuius sententiae libens
equidem subscriptero.

Vixit in Gal-
lia usq; 1400. NICOLAVS CLAMENGIUS , siue vt
alijs scribut CLEMENGIS , Baiocensis Ec-
clesie Cantor , scripsit opusculū de laude &
fructu

fructu vita solitaria , quod ita exorditur: Do-
ceri per me desiderans , q uia in solitudinibus at-
que in heremo , vt ait , versari delector; quos ibi
fructus inueniam , quam iucundos aspectu , quam
suaves gustatu , quam salutares effectu . Vnde
aliqui forsitan opinari ccepere , illum no-
strum aliquando fuisse instituti : maximè cū
in opusculi huius frontispicio ita legatur.
TRACTATVS epistolaris præstantissimi viri,
egregijque solitarij M. NICOLAI de CLA-
MENGIIS (quem Baiocensem in primis Can-
torem , deinde CARTVSIANVM fuisse dicunt)
de laude & fructu solitaria vite. Scripsit & a-
lia nonnulla , in Romano Indice prohibita , ita vt ipsius Opera illa tantummodo
permitti possint , quæ iuxta censuras Pa-
trum Deputatorum emendata excuden-
tur. Porro , CARTVSIANVM illum exti-
tisse , mea nullatenus fert opinio . Quæ , si
quibus non probabitur , per me non sta-
bit , quò minus suo quisque vtatur iudi-
cio.

NICOLAVS GELIMINIVS , natione
Heluetius , patria Constantiensis , scripsit
(vt ex Herbipolensium intructione ha-
beo) in gratiam nouitorum librum , cui
titulus : Formula spiritualium Exercitiorum ,
siue Meditationum , in quarto , anno 1567.
De quo nihil amplius , quod scribam , ha-
beo.

NICOLAVS THVRINGVS, professus, & olim Prior (quemadmodum prædicti Patres mihi fuggisse) domus montis omnium Angelorum in Snals, Tirolensi Comitatu, scriptis librum de moribus adolescentium. Item, Sermones & Orationes aliquot: nec non & Colloquium, Sapientiam inter Discipulum. Similiter & Tractatus aliquot de Pasione Domini. Quorum omnium nihil equidem vidi: itaque non apud me, qui lecta vel audita refero, verum apud autores rerum primarios, fides erit.

O

Vinebat an.
M.CCCC. L.

O SVVALDV S ANGLVS, vir moribus & doctrina insignis, omniq[ue] eruditio[n]is genere sua ætate excellēs, scripsi (Possevino teste) tum *Meditationes solitarias*, tum *de remedij stentationum*. Vinebat anno millesimo, quadragesimo, quinquagesimo.

Osvaldus de CORDA, ex Vicario Maioris Cartusiæ, domus Virtutum in Scotia PRIOR primus effectus, acer ingenio, doctrina præclarus, virtæ sanctimonia eximus, odoriferæ doctrinæ fragratiā longè lateque diffudit, inquit a Bostius, atq[ue] inter alia complura scripsit in gratiā Emendatoris (ad Emendatoris verò officium pertinet, errata quæ in diuino committit-

a. cap. 20.

mittuntur officio, palam apud Cartusienses corrigere, ac communi cænaculo de spirituali lectione prouidere) opus quodam præclarum, ac cum primis necessariis; utpote quod iuniores in lectionibus debitè legendis (si b[ea]t[us] Sutori credimus) probè queat dirigere. Plurimum verò in scripto salis eum habuisse, nec candoris minus, Bostio haud inuiti ad stipulamur. Porrū postquam diutinos in suscep[itu]to regimine exantlasset labores, plurimasque difficultates, cum Deo superaslet, tandem coram positis fratribus, ijsque feruenter orantibus, placidè in Domino obdormiuit, Anno redempti Orbis quarto & tricesimo post mille quadringtonos, septimo Kalendarum Octobris.

Osvvinus de BECKA, vide GOSVINVS.

P.

PETRVS BOMENVENNA, vide, PETRVS LEIDENSIS.

PETRVS CARBO, Marius, Metropagita, Germanus, Cartusianorum apud Brunam Morauiæ Vrbem 1599.

PRIOR, vir trium linguarum peritisimus, scripsit, *de divina Christi Iesu generatione*. Item in Psalmum secundum, & centesimum nonum. Nec non & Commentariolum ad eum

b. lib. 2. vi.
te Cartus.
tract. 3. cap.
7. pag. 569.
lin. 1.

objec in Mo-
rauia circa
an. Domini.

ter-

tertij capititis Geneseos locum: *ipsa conteret caput tuum.* Præterea de Veritate Hebraica (fuit namque sacræ huius linguae apprimè peritus) vnde nam hæc ad Diuinorum intelligentiam librorum, eorundemq; versionem petenda sit; dedicauitq; hosce posteriores ingenij sui labores Rodolpho II. Imperatori, cui oppido carus exstitit;

Hac ferè tandem verbi Posseuinus.

*Obiit anno
1507. ipso die
S. Genesij,
hoc est 25.
Augusti.*

a. 25. Aug.

P E T R U S D O R L A N D U S Cartusiæ Dic-
tensis, quæ Leodicensis est Diaœcis, ex
professo Monachus, ac Prior, multa fuit
& virtute integritate, & eruditionis laude
conspicuus, magnusq; sui ipsius ac rerum
omnium mundanarum contemptor. Vnde
& frequenter usurpare solebat illud
Zachariæ Monachi, discipuli nimisrum
Abbatis Moysis, de quo in vitiis Patrum
legimus, pallium suum pedibus conculca-
tis, ac dicentis: *Nisi quis sic fuerit calcibus pro-
tritus, Monachus esse ac dici haudquam pos-
terit.* Hinc cum graui subinde detineretur
ægritudine, semper miram præ se tulit
patiētiam, vt potè qui familiare sibi illud
S. GENESI, constantissimi Christi Mart-
yris, de quo in a Romano agitur Marty-
rologio, dictum habebat: *Non est Rex præ-
ter Christum; quo profimiles occidat, ipsum
mihi de ore, ipsum mihi de corde auferre non
poteris.* Neque id frustra, ipso etenim eo-
dem

dem die D. Genesio sacro (cuius & dicta,
& res gestas per omnem vitam identidem
prædicabat) d Dominum emigravit, an-
no reparatae salutis septimo supra sesqui-
millesimum, ætatis vero quinquagesimo
tertio. Eluxit autem in illo, ultimæ ægri-
tudinis tempore (diu quippe lecto affixus
fuit, ac varijs grauissimis cōflictatis mor-
bis) eximium religionis pietatisq; speci-
men. Quarum equidem virtutum tunc vel
præcipuum significationem edidit, cùm
ea diceret & testificaretur, quibus posset
intelligi, eum parum de hac miserâ vitâ,
mūltum vero de illa sempiterna esse sol-
licitum. Porro mirari licet, magnum a-
pud Petrum Sutorem, in b capite illi vbi
plerisque nostri Ordinis scriptores com-
memorat, huius sancti Patris esse silentium.

Immo nec Posseuinus quidquam illius e-
lucubrationum enumerat, præterquam
*Dialogum de passione Christi, vitam S. Anna, ac
violam anima:* cùm interim nos plurima a-
lia nostra in Bibliotheca Dorlandi scri-
pta habeamus: nempe omnia illa, quæ hic
ad marginem asterisco notata conspicis.

I T A Q V E vt Lector sciat, quas niam lucubrationes partim editas, partim ineditas posteris reliquerit, nos hic singulas eo
ponemus ordine, quo ad finem reperiun-
tur Tractatus huius eiusdem Auctoris de

b. lib. 2. vita
Cait. trac. 3.
cap. 7.

vitis

vicio Proprietatis Religiosorum, editi nimiruma Louanij in quarto apud Theodoricum Martini, Alostenheim, è regione scholæ iuris ciuilis, anno Domini 1513.

Opera omnia quæ D. Petrus DORLANDVS, Prior olim Diestensis Carthusiæ conscripsit.

1. *Corona de viris Cartusiensis Ordinis illustribus, sive CHRONICON CARTUSIANENSE, impressum Coloniae apud Petrum Cholinum, anno 1608. illustratum Notis Theodori Petreij Cartus. Colon.*
2. *Dialogus de perseverantia Novitiorum.*
3. *Dialogus de stabilitate Monachorum.*
4. *Dialogus de virtu proprietatis Monachorum.*
5. *Tractatus quomodo sancta religio sit instituta, corrupta & reformata.*
6. *Dialogus de vera amicitia.*
7. *Dialogus de remedio amoris practicus.*
8. *Dialogus de remedio amoris heroicus.*
9. *Dialogus de opere amoris & passione Christi.*
10. *Dialogus de mysterijs passionis Christi.*
11. *Dialogus de extremis hominum calamitatibus.*
12. *Dialogus de dominatu vitiorum.*
13. *Dialogus de dominatu virtutum.*
14. *Dialogus de vera hominii sapientia.*

15. Dia-

15. *Dialogus de vera hominii beatitudine.*
16. *Dialogus de laude & claritate vera iustitiae.*
17. *Dialogi sex ex Theologia naturali Raymundi.*
18. *Dialogus de vera patientia, ex Chrysostomo, ad Stagirium monachum obseuum.*
19. *Dialogus inter sapientem & insulsum.*
20. *Dialogus inter Diestemium & Seruatium, de cognitione sui.*
21. *Dialogus de vnione.*
22. *Dialogus de institutione optimi Pastoris.*
23. b. *Explicatio mystica habitus Cartusiensis.* b. *Impressus est Louanij*
24. *De pugna seu militia spirituali sermones in 8.a. 1514. tres.*
25. *De quadruplici hominum genere à spirituali prælio reuocando.*
26. *Dialogus de S. Cecilia, cur Phœnici comparetur.*
27. *Dialogus de S. Ursula, & sodalibus eius.*
28. *De inuentione & passione S. Laurentij Martyris.*
29. *Sermones valde celebres de Sancto Laurentio.*
30. *De S. Vincentio Ferrariensi, Ordinis Prædicatorum.*
31. *Vita S. Romani militis & Martyris.*
32. *De varijs Sancti Anthony Abbatis tentationibus.*

33. De

33. De vita & conuersatione B. Catharinae Virg. ac Mart.
34. De paſſione eiusdem ex Baptiſta Mantua-no.
35. Dialogus de ſeptem B. MARIAE gladijs.
36. Dialogus de fraternitate Compafionis ei-iusdem.
37. Duas coronas roſaceas B. Marie verſibus heroicis.
38. Psalterium B. Virginis,maius.
39. Psalterium aliud eiusdem,minus.
40. Diadema S. Anne verſibus elegiacis con- cinnatum.
41. Vita ac r̄es geſta B. Anna quinque libris.
42. De laudib⁹ S.Ioannis Euangeliſta.
43. Liber epifolarum.
44. Liber orationum ad SS.Trinitatem.
45. Psalterium de vita & paſſione Domini no- stri IESV Chriſti.
46. Rosacea Corona.
47. De pane ſalutifero vita.
48. De laude meditationis.
49. Speculum humanae vita.
50. Editio philomela,Chriſto comparata.
51. Diſputatio IESV duodennis cum Doctori- bus in templo.
52. Tractatus de laudib⁹ ſpiritus S. prædicabi- lis.
53. Script⁹ in ſuper sermones complures de tē- pore: item de Sanctis.

54. Sermones notabiles ex sermonibus B. Leo-nis Papa de paſſione Domini.
55. Item nonnulla ad moniales lingua verna-cula. Quæ omnia si quis requirat (in-quit Catalogi huius collector) in domo profefionis fuæ in Zeelhem propè Dieſt facile reperiet; modò Nonatorū ra-bies Dieſtentis Cartuſia bibliothecam inte-gram ſaluamq̄e reliquifet.
56. Habemus quoque in noſtra Coloniensi bib-liothece eiusdem Dorlandi Tractatum de tribus Cartuſianorum votis.
57. Item Dialogum de duabus vījs.
58. Hymnos aliquot deuotos.
59. Collationes de militia spirituali.
60. De ſacerdotum dignitate.

P E T R V S G R Y ER de Byel(ita enim eum mihi indigetāt Herbipolenses) cri- pſit.

1. Viaticum pauperum.
2. Thesaurum pauperum.
3. De abuſionum gradibus.
4. De paſſione Domini.
5. De varietate, & peccatis vita humanae.
6. Meditationes de beneficijs Dei.

Quę vnde habeant,ignoro; nam ego de auctore ne gry quidem:

P E T R V S I V L I A C E N S I S, professus do-mus Buxiæ propè Memmingam Sueviæ oppidum (iijſdem vtor authoribus) con-

Objit in Sue-
via. a. 1446.

scripsit opus de equatione Planetarum, & de arte virgulandi rafas: cenopolarum potius, quam Cartusianorum vniuersitatis dixeris. Porrò quod rei caput est, vixisse in ordine laudabiliter admodum dicitur, annos quinquaginta quinque, ac tandem sœliciter hinc emigrasse. anno post Christum natum quadragesimo sexto, supra millesimum quadringentesimum.

*Floruit in
Cart. Colon.
anno 1510.
Obiit vero i-
bidem anno
Dom. 1536.*

PETRVS LEIDENSIS, cognomento Bloemenuenna à primis ætatis sua initijs usque ad supremum vitæ diem singulare gratia præuentus fuit à Domino in benedictionibus dulcedinis, & multis præclaris naturæ gratiæque dotibus haud vulgariter ornatus. Non longè autem post nescitatem suam, cum parentes & fratres eius pestis sultulisset è medio, ipse etiamnum tenerimus infantulus, solus hanc lucem, qua tamen iam corruptus erat. Dominò cum conseruante, eus sit. Matre enim illius ex peste mortua, cognati quidam illius (prob. auri sacra famæ quid non mortalia cogit. Pectora.) non ignari multas ei reliquias opes, omnis humanitatis ac diuini timoris oblitio, ut eas sibi per scelus vendicare possent, quas illo superstite iure non poterat, quem servare debebant, eiusmodi consilio extingue re

gue moliebantur. Infantem nempe ad Matris defunctæ vbera applicauit, vt inde non vita, sed mortis alimentum exugeret, Verum non est sapientia, non est prudentia, nō est consilium contra Dominum. Prosternit.

quidem infans peccatum, sed ab ea liberatus est. Deinde pueritia annos magnâ vitæ innocentia transmittens, cum aliquamdiu literis dedisset operam, spredo sæculo & voluptatibus illius, bono spiritu & Christi amore inflammatus

Coloniæ factus est monachus Cartusianus, anno 1489. Porro bona sua temporaria in pios usus elargitus est, ut expeditius Christum sequeretur. Toto verò vitæ

suæ tempore tam in seculo quam in religione semper Deo deuotus fuit, & ut eius confessarij uno ore testati sunt, nunquam in ullum mortale peccatum consenit. Natura erat ad vitam contemplatiuam

cumpruniis habilis: cui cum gratia accederet, multum in eo vitæ genere profecit, adeo ut non tardè extra se se raperetur, diuini amoris abstractus dulcedine. Pectus enim mundum, & à vitiorum sarcina liberum tam facile fertur in Deum, quam ignis tenet sursum, & faxa in ima labuntur. Ceterum in vita monastica ita se gesit annis

ferè quinquaginta, ut esset omnibus velut sepe in ex-
stans fuit & reptus.

Fuit ad annos 29. Prior ac Visitator.

exemplat quoddam religiosæ conuersationis. Electus quippe in Priorem, ac deinde in Visitatorem prouincia Rheni utramque functionem strenue administrauit annis plus minus 29. acerrimus in compescendis ac castigandis vitijs mansuetissimus vero in fouendis & consolandis afflictis, & sub tentationum sarcina laborantibus. Si quos aliquando ob culpam aliquam zelus iustitiae obiurgare eum compulisset, faciebat id magna quadam cum grauitate & vehementia, ita ut nonnunquam commotus esse videretur, sed omnem illam obiurgationem non nisi ex charitate profectam testabatur mira quædam humanitas, qua eiusmodi reprehensiones claudere solebat; blandissimum & amicissimum se illis exhibens, quas increpauerat, adeo ut bono animo illos a se dimitteret. Vbi aliquid vidit fieri inordinatè, & quo id ferre animo non potuit, sed instabat oportunè importunè, increpabat, obsecrabat; & si opus esset etiā pœnas adhibebat, donec id quod corrigendum erat, correctum cerneret. Atq; ea in parte ne illis quidem parceret, quos familianter charos habebat; quos etiam offendere non verebatur, iustitia id exigente; donec sanctæ obedientiæ, ita ut par erat, cedula submitteret. Sicubi intra urbem Coloniensem-

niensem hæreticum aliquem, vel suspe^ct^e fidei concionatorem in parochiā quandā irrepsisse didicisset, ibi tum vir pius & catholicæ religionis zelantissimus, non cesabat per se, per quæc alios quibuscumque modis poterat, hortari & compellare Magistratum, quo adusque lupus ille procul esset exturbatus; plerisque alijs interim vel stertentibus, vel dissimulantibus ad quos tamen magis earum rerum cura pertinuerat. Erat in primis charus, tam Ecclesiastica quam seculari dignitate præditis ob viæ innocentiam, & morum integratatem. Quæ etiam verbis illius apud omnes pondus & autoritatē conciliabat; tametsi aliqui erant ingénio simplici, nec admodum in rebus politicis exercitati. Sed profecto aderat illi gratia Spiritus sancti, qua factum est, ut longè plus suâ simplicitate efficeret ac promoveret, quam plerique se à calliditate & astutia. Quærebatur enim primum regnum Dei, & iustitiam eius, & omnian alia, domino benedicente, adjiciebantur ei. Probat hoc in utroque statu non mediocriter melius prouecta domus Coloniæ. Eius quoque ope & auxilio à Patre Theodorico Loherio in lucem edita sūt cuncta ferè opera D. Dionysij Cartusiani; quod ante penè impossibile videbatur, ob nimiam scriptorum molem & multi-

zelus eius.

*Prefuit
Cartusie Co-
loniensis ad
annos circi-
ter triginta.*

tudinem. Sed & ipse quoque in diuinis literis haud vulgariter eruditus, libros quosdam conscripsit de vitâ internâ, & aduersus hæreticos: quorum alteri eius in diuinorum contemplatione gratiam, alteri catholice fidei zelum liquidò testantur, dolebat pio viro sub Euangeliū prætextu impuros tenebriones non nisi animas iugulare ac pròdere, suasque carnis turpissimas voluptates, & mundi huius opes & honores aucupari. Multa de huius optimi patris, viri sanè angelici laudibus dici possent, sed prolixitatè euitantes, tres illius cgregias virtutes hic commemorabimus: nempe virginitatem, mansuetudinem, fortitudinem animi, siue patientiam, quibus ille excellenter exornatus fuit. Virginitatem quidem ab ipsis incubanulis adeo seruauit integrum & mentis & corporis (quod ipse suis familiaribus amicis ingenuè sàpè testatus est) vt nunquam alicuius fœminæ concupiscentia, nunquam obscenî cuiusvis aësus desiderium, eius mentem tetigerit. Quā ille puritatem nō ocio & desidia, sed multo labore & sudore, crebris vigilijs & precibus, strictâ sensuum refrænatione, & corporis seûera castigatione sibi parallè credendus est. Et licet interdum carnis sentiret impugnationes, eas tamen adeo

*Eius insignia
Virginitas.*

adeo semper edomuit, vt internam pacem & victoriam, mentisque munditiam perpetuam retineret. Porrò mansuetus adeo fuit in omni vita, vt ob quamlibet ipsi illatam iniuriam, damnum, vel contemptum, nullum vñquam fenserit se se vñciscendi desiderium. Denique tam in uieta in eo fuit animi fortitudo & patientia, vt nulla vñquam quantumuis grauis calamitas & afflictio id ab illo extorquere potuerit, vt animo mereret ac tristaretur. Aiebat enim nulla re alia tristari aut dolere debere hominem Christianum, nisi ob culpam & peccatum in Deum commissum. Afflictos plerumque his verbis solabatur: Nihil vilitatis habet tristitia, nulli quicquam confert, sed multa ex ea incommoda proficiscuntur, que tum speciatim exprimere solebat. Atque hæc tria ob magnam animi tranquillitatem, quā illi pereré, sèper & vbiq; contéplationi eū i-doneum reddebat. Quamobrē etiā in mœsa, præcipue tamē vbi sacra audiretur lectio, aut inter colloquia salutaria, tanta interdū cōpunctione cordis liquefcebat, vt erumpéntibus vbertim lachrymis, gratias nedū absoluere, sed nec inchoare quidē posset. Multò vero etiam magis id patiebatur in diuinis officijs; vbi si quid ipse solus in templo vel legere, aut cantare debuisset, & vel

*Mansuetude.**Fortitudo &
patientia.*

vnum verbum, quod ad Dei amorem efficacius excitaret, proferre, totus exultabat alacritate spiritus, & præ lachrymis sequentia pronunciare non potuit, idque præcipue sub vitæ finem annis aliquot. Quam ob causam in præcipuis solemnitatibus, quibus ex officio summam missam cantare debebat, non raro palam celebrare noluit, sed secretum delegit locum, vbi inter sacrificandum liberius mactare se posset. Erat porro corde mirum in modum tenero, & diuino amori dedito, quod sagittis amoris facillimè tangi & subito vulnerari posset. Atque ad hæc multum illi contulit vitæ innocentia, spiritualis iucunditas, pax & tranquillitas animi: quibus ille armis vbi cunque esset, nunquam carere voluit. Quo siebat, ut semper hilaris, omnibus sua præsentia adferret consolationem: nec quisquam erat, qui non eius cuperet frui consuetudine. In conuiuijs cunctorum animos honestissimè recreabat, ita tamen ut si quid leuiter aut ociosè dictum videretur, id mox repetens, ad spiritalem significationem, non absq; eo-rū qui aderant eruditio[n]e & ædificatione accommodaret. Sic ille vir pius, & Deo hominibusq; charus, omnē vitam religiosè transfigens, tandem in morbū incidit,

qui

qui & vitæ finem ei attulit; anno nimirum partæ salutis trigesimo sexto supra sesquimillesimum, ætatis verò 70. professionis rius. Moritur se-
ptuagena-
rius.

quadragesimo octauo; quippe qui annos natus plus 22. ad ordinem venit, & decies ad minus, Capituli Generalis tempore, maiorem Cartusiam, in horrendis Sabaudiae scopulis sitam, inuisit. Quam verò ingens bonis omnibus sui desiderium moriens reliquerit (obijt autem pridiè Kalendrum Octobris, quando Ecclesia D. Hieronymi festum annuo recolit ritu) præter alia testantur illi lachrymarum imbres, quos non sui modo, verum etiam extranei, dum corpus sepulturæ traderetur, vertim effundere conspiciebantur.

CAETERVM fallitur Posseuinus, dum hūc Petru[m] Leidensem putat esse diuersum, & Petro Bloemenuenna, hoc quippè familiæ fuit nomen, illud patriæ. Porro litterarum quæ ad posteros transmisit monumenta hæc sunt:

1. *De bonitate diuina libri quatuor.*
2. *De authoritate Ecclesie.*
3. *Expositio in Psalmum CXXVI.*
4. *Contra Anabaptistas.*
5. *Tractatulus de effusione cordis.*
6. *Candela Euangelica.*
7. *Appendix contra abusus filiorum Ecclesie.*
8. *Vita S. BRVNONIS.*

Prodierunt
omnia Colo-
niae.

9. Sermo de eodem.
10. Exhortatio ad iuuenes.
11. Directorium paruum, contemplari inchoantium.
12. De iuuocatione Sanctorum.
13. Enchiridion Sacerdotum.
14. Assertio purgatoriij.
15. Epistola ad Doctorem Arnoldum Tungensem.
16. Informatio succincta de diuersa ratione adorandi D E V M , Sanctos , & homines .

Quæ quidem omnia Coloniæ typis impressa, in communi Cartusianorum Bibliotheca adseruantur.

Obiit in Ma- PETRVS R VFVS, Maioris Cartusiæ*iori Cartusia, Prior XXXII.* Pater in primis Vene-
anno 1503. rabilis, deuotione insignis, omnibusque
27. Augusti. mirum in modum amabilis, diuinarum
humanarumque literarum egregiè gna-
rūs, ac I. V. Doctor per celebris. Inter cæ-
tera virtutum suarum ornamenta, benni-
gnitate ac patientia mirabiliter excelluit.
Siquidem subditis suis, à quibus pluri-
mum amabatur, se in primis benevolum
exhibens, eorum cōsolutioni sedulam an-
te omnia operam nauabat. Etenim non
ignarus mali, miseris succurrere nōrat,
Tantis pampaque tribulationum, aduersita-
tum-

tumque procellis exagitatus fuit, vt nihil
fere queat excogitari ærumnarum, quod
non prius in se experiendo didicerit. Por-
rò in negotijs Ordinis admodum strenuus, prouidus, ac circumspectus extitit,
quæ & longa experientia edoctus, optima
fide tractabat, miraque dexteritate ad
optatum effectum perducebat. Nam &
varijs in domibus PRIOR, & in non-
nullis Provincijs VISITATOR fuerat,
priusquam ad Maioris Cartusiæ re-
gimen, totiusque Ordinis GENERA-
LATVM admoueretur. Ad hæc in ædi-
ficijs erigendis, alijsque negotijs externis
pertractandis, quam ingeniosus, acutus,
solersque fuerit, testatur via illa, quæ
de S. Laurentio ad Cartusiam tendit, mi-
rabili quidem studio, industria, labore,
impensisque multis perhorrida, pericu-
losa, ac penè inaccessa loca, per Alpes, per
iuga rupium, per concavæ conuallium,
non sine plurimorum admiratione con-
structa.

PORRÒ, et si tantis esset rerum exter- Scripta eius.
narū occupationibus detentus, nihilomi-
nus (quod mirū videri debet) ingenij sui
præclara ad posteros monumēta trāsmisit.
Ad instantiam enim fratris suorum (quos
vt Pater vnicè diligebat) PSALTERIVM
DAVIDICVM interpretatus est;
mira-

Commenta- miraque insuper industria, ac suavi ora-
tus est in tionis genere *Canticum Canticorum* ijsdem
Psalmos, & exposuit: adeo ut legentium pectora &
Cant. Cantic. spirituali suauitate reficiatur, & ignito elo-
quio ad amorem Dei inflammetur. Tan-
dem verò post plurimos labores, post af-
flictiones varias, post grauem deniq; cor-
poris ægritudinem, qua duobus ante obi-
tum annis mirè fuit exercitus, ac veluti
aurum in igne probatus, creatori suo spi-
ritum reddidit, anno partus virginæ ter-
tio, post mille quingentos, non sine san-
ctitatis opinione sepulturæ traditus. Cui
deinde in officio F R A N C I S C U S P-
T E A N V S omnium suffragijs suffectus est,
de cuius virtutibus, simul ac literarū mo-
numentis superiùs à nobis est dictum.

P E T R V S S V T O R, Gallus, Theologus
Parisienlis, variarum Cartusiarū Prior, ac
Prouinciae Fraciæ Visitator, scripsit *de tri-*
plici D. Anna coniubio (licet Baronius, alijq;
nonnulli probatæ fidei auctores, eam vni-
uiram fuisse adfirment.) Item *de Monasti-*
cis voti aduersus Lutherum. Insuper &
Apologia pro vulgata Biblorum editionis de-
fensione. Nec non & *Antapologia* aduersus
Lutherum. Tum quoque *duos* perquam
insignes *de Cartusiana vita instituto, libros.*
In quibus cùm huius generis vitæ obtre-
catoribus accurate respondet, tum per-
multa,

multa, quæ ad alios quoque Cœnobitas
spectant, interserit. Prodierunt verò tum
Lutetia apud Ioannem paruum, tum Lo-
uanij, in for. 8. apud Ioannem Foulerum,
Anglum, ad intersignium capitis deaura-
ti, anno 1572. Exstat quoque Sutoris liber
de potestate Ecclesia in occultis, Lutetia Par-
siorum, anno 1546. editus. Obiit verò an-
no 1537. 18. Junij.

P E T R V S de V I N E A, existimatur ab
aliquibus, vti Posseuinus ait, auctor esse
libri, prænotati CORONA SPIRITUA-
LIS. Verum ubi, vel quando vixerit, ne-
que hic, neque alias quispiam, quod equi-
dem suam, literis consignauit.

P H I L I P P V S N. professione Cartusia-
nus, scripsit opusculum *de bravio & cursu*
spirituali, in 8. vti Herbipolenses insi-
nuant.

P O R C H E T V S S E L V A T I C V S, vel vt Putatur vi-
alij legunt, *saluaticus*, ex antiqua Seluati-
xisse in Cartu-
corum apud Genuenfes familia, librum
scripsit *aduersus impios Hebraos*, in quo
tum ex diuinis literis, tum ex Thalmudi
cis, Caballistarumque libris Christianæ
fidei veritatem nō minus doctè quam la-
boriosè comprobat. Quem & ideo V I-
C T O R I A M inscribit, quod per eum lu-
dæi facile conuincantur, eorumque con-
scientiæ non parum lancingentur. Prodiit
verò

verò hoc opus Lutetiarum Parisiorum apud AEgydium Gourmontium, anno reparatæ salutis vicesimo suprà sesquimillesimum, ex recognitione Augustini Iustiniiani, Episcopi Nebiensis. Qui G. Paruo Trecensis Ecclesiæ Antisti hoc opus inscribens, huiuscemodi de auctore, eiusque libro profert iudicium. *Demiratus*, inquit, *sum non semel, quo nam pacto homo Christianus, Christianus natus parentibus, sed & Genua, qua in urbe ob religionis reverentiam Iudeis habitatione interdicitur, potuerit omnia lustrasse, qua apud Hebraeos habentur, quādo penè infinita censeantur: Nam prater Thalmud, quod sex comprehensum ordinibus (sic enim ipsi vocant) continet suprà septuaginta magnos libros, habent Pessatim, hoc est expositores, qui in literali versantur, habent Darssanum, qui allegoriā sequuntur, habent Mitobalim, id est Caballistas, quibus peculiare est omnia in Deum reducere; habent & multis alios varijs generis scriptores, quorum omnium libri si in unum redigantur, immensam conficiant stiruem. Hosti tamen omnes ita citat PORCETVS, vt eorum non modò sententias, sed & verba, quin & apices ipsos in librum suum reponat: adeo vt credas illum totò vita tempore in Hebraeorum scholiu versatum. Fateatur nihilominus (nimirum vti fuit candidus & ingenius) se in structura adificij sui adiutum à*

Pugio-

Pugione (sic enim liber inscriptus est) Raimundi Martini Gothalani, Dominicanæ nostræ familiae alumni, quem suspicor quandoque Hebrewum fuisse. Nam mihi non est credibile, potuisse Christianum hominem, eundemq; CARTVSIEN SEM Monachum, sine Hebrei cuiusquam auxilio, Hebraeorum thesauros ita depilasse. Hec ille. Cæterum quando Porches floruerit, tam hic, quam Rossewinus tacent. Vnde si fides habenda est collectaneis quibusdam Heripoli ad me missis, reperio annum Domini mellestimum, trecentesimum, quintumdecimum.

RENATVS HENS AEV S ex Ducatu Viu etiamē
Iuliq; oriundus, pago nimirum Scherpen, num Moravia, anno
scel/ circa annum Domini 1587. Coloniae Agrippinæ ad Diuum Panthaleonem Benedictinorum amplexus institutum, cùm aliquamdiu illic Cellerarij, ac Prioris officium benè laudabiliterque administrasset, iamque ad suauissimos Rachelis amplexus modis omnibus anhelaret, Maiorē adiit Cartusiam, quæ nostri instituti mater est & origo, illicque circa annum Domini 1598. (quantum equidem recordor) melioris virtutis proposito accepto, tandem in aliarū subsidium domorum, in Aultriam est relegatus, adeo vt iam Bruinæ in Moravia degens, plurimum isti Cartusiaz quæ scribendo, quæ piè viuendo profit, immo

à Prodij
anno Domini
ni 1607.

immò & præsit. Edidit namque illic anno superiori à apud Bartholomæum Albertum, cognomento Aurigam, T Y R O C I N I V M militiæ sacra ac religioſa, approbatum ab Episcopo Olomucensi D. Francisco Diebriesten / Cardinali S. Sylvestri. Quod quidē in tres distinxit partes. Quarum prima agit de modo vesperi incumbendi, nocte ac mane surgendi, examinandi conscientiam ; confitendi, communicandi, diuinum officium perfolueradi, totumque diei cursum utiliter experiri. Altera de ratione seu disciplina, qua Religiosus carnem edomare, mores componere, sensus restringere, & prauas animi affectiones corrigere ac refrenare queat. Tertia, de vitijs extirpandis. Qui quidem libellus cùm nouellis Christi tyronibus magno queat esse adiumento, nullaque hisce in partibus illius prostant exempla, hinc piorum quorundam hominum rogatu Bernardus Gualtheri, eundem suis expensis, Anno 1609. recudit.

Obiit in Ma-
jori Cartusia
anno M. CC
LXVII.
R I F F E R I V S, siue R I F F E R I V S, ter-
tius decimus Maioris Cartusie P R A E F E-
C T V S, omnibus tam diuinis quam hu-
manis literis admodum eruditus, doctrina,
ingenio, & exhortatione efficacissim⁹,
CARTVSIENSIS propositi Confuetu-
dines (quæ modo antiqua nuncupantur
Statuta

Statuta) correxit, auxit, atque in tres par-
tes conuenienter distinxit, tanta nimirū
orationis suauitate, ut mirum sit ista se-
culi barbarie tale qd eū præstare valuisse.
De reliquis autem illius scriptis, nihil in-
uenire potui, inquit à Suto. Obiit autem
mortem, seu potius transfigit ad vitam an-
no Domini millesimo, ducentesimo, se-
xagesimo septimo.

R O C H VS A N G L V S, Cartusianus, cō. Vixit anno
posuit pios varij generis versūs, aliaque (vti
fertur) complura. Claruit anno Domini
M. CCC. LXX. quemadmodum conte-
llatur Ioannes Lelandus.

S:

S E B A S T I A N V S P E T R I, Amstelroda-
mo bataeus, floruit an. Dom. tricesi-
mo tertio post millesimum quīgentesimu-
mum, præfixitque Hymnis, quibus ordo
Cartusiensis vtitur, quique à Dionysio
Rickelio commentarijs illustratur, CAR-
T V S I A S T I C O N (ita namque auctor nū-
cupat) quatuor distinctum Elogijs, versu
nimirum hexametro. Porrò vixeritne in
Amstelredamenu Cartusia, hoc est patrio
suo solo, an verò alibi, incompertum ha-
beo.

S I M O N V V E I S S E R V S, Nemetus, Her-
bipolensis Cartusie professus, insigni pie-
tatis zelo erga Anglicanos nostros Mar-
tyres,

a. Lib. 2. vi-
te Cart. tra.

3. cap. 7. pag.
562.

M. CCC.
LXX.

Vixit anno
Dom. M. D.
XXXIII.

Vixit etiam-
num in Cart.
Wiccebur-
genfi, anno
M. DC. IX.

tyres inflammatus, operam dedit, vt eleganteribus aliquot æneis iconibus INNOCENTIA & CONSTANTIA VICTRIX, post tot annorum decursum, illustrata, in medium prodiret; mihiq; insuper in hisce concinnandis haud contemnendū Auctorū (maximè Germanorum, quibus alias carendum erat) numerum, libens volensque suggestit: adeo ut si PRIORVM nonnulli tantum studijs nostris adferrent adiumenti, quantum hic præstantis doctrinæ, ac diuinæ ingenij vir ultrò detulit, polliceri mihi merito audeam, tā hæc quā alia quæ molimur, ornatius expeditiusq; ad honorē Ordinis in lucem proditura. Sed quia *virtus laudatur & alget*, hinc reperire facilius est, qui operas hasce nostras cōmendēt, quā qui opē subsidiūq; ferant. Tu verò mi VV ESSERE, quem *ingeniuū* commendat, quem eruditio prædicat, quæ diuinī numinis zelus inflamat, perge quæso modis omnib; de domo DEI, ordinis que decore quā optime mereri; neq; finito, vt doctissimi istius viri IOANNIS de INDAGINE præclara sanè literarum monumēta, diutius cū blattis ac tineis depugnēt. Hoc namq; equū est nos abs tali viro non optare modō, sed & impetrare.

Vixit in
Cart. Defen- STEPHANVS SALAZARIVS SS. Theologiae Doctor, ac Cartusia Xeresiana, in Hispa-

Hispanijs Prior, vir fuit insigniter doct^r, sionis B.MA-
riæ prope vtpote tā Hebraicæ, quā Græcæ ac Latinæ Xereticum,
linguæ peritissimus. Qui & anno Domini inclitā Hi-
1584. in Maiori Cartusia, sedēte Capitulo spaniarum
Generali eruditā non minus quā piam ad Yrbem, anno
Patres cōscriptos orationē habuit impref-
nimirū Dō. M.D.LX.
obaldum Ancelinum. Quin & Genealogiā
IES V Chriſti Redēptoris nostri secundū Mat-
theum accuratissimè explicauit; cui adiunctæ
sunt morales quædam Synopses in vsum
Concionatorum. Accessit etiam commen-
tariolus in caput Matthai secundum, de Ma-
gorum aduentu. Lugduni apud Corolum
Pefnot anno 1584. in forma 8. Scripsit et-
iam in Pentateuchum Moysis, nec non & vi-
ginti Commentationes, sive ut vocat, Dis-
cursus, idiomate Hispanico admodū eru-
ditos, quibus impia Nouatorum cōmenta
insigniter peritringit, licet eos haud qua-
quam hæreticos nuncupet. Qui quidem a Tomo 3:
Granatæ apud Hugoné à Menæ, & Lugdu apparatu
ni apud Carolum Pefnotum prodierunt. sacri.
Quin & a Posseuinus auctor est, eū Occi-
dentalibus quoq; Indis concionatū fuisse.
Oblijt verò anno Domini 96. post sesqui-
millesimum, die 28. Januarij, cūm ante fu-
isset tribus in dominibus Prior.

STEPHANVS SENENSIS, Pater admo-
dū Venerabilis: cuius omnes (vti ex Bostio Floruit anno
M.CCCC.X.
Suto

Sutorius cōmemorat actiones splendoris dignitatisque plena fuere. Hic etenim & morum modestia , & virae temperantia admodum excelluit, fuitque ante Ordinis ingressum B. Catharinæ Senensis amanuensis, ex cuius ore magnam Dialogorum partem exceptit, ac posteris tradidit. Quin & præclarum quoddam opus , de vita ac moribus eiusdem virginis conscripsit. Fuerat verò electus in GENERALE ordinis, verum propter exortum schismatis , vltro sepe abdicauit, vti latius in Noris nostris ad Dorlandum.

Quando vi-
xerit, incom-
perit habeo.

T.

I. THEODORVS HARLEMIVS, insigni Batauiæ vrbe oriudus, quæ & ampliâ loci, ædificiorum cultu , situs amazitate , nouique Episcopatus erectione per Hollandiam celebris est, apud Lutetiâ Parisiorum primam S. Theologiae laurea promeruit. Inde verò Coloniam Vbiorū contendens , facto illic Cartusianorum Patrunculæ sociatus , quæ scriptis, quæ vitæ exemplo , eximium pietatis specimen domesticis suis edidit. Adseruantur namque apud illos Sermones nonnulli haud vu'garis eruditio*n*is, quos cōposuit; similiter & Epistola quædam insignis seu Exhortatio , Cartusiano cuidam inscripta, desolitudine ac silentio , cum alijs nonnullis

2.

nullis, ad Cartusianæ vitæ institutum pertinenteribus. Epistolæ initium est , Charissime Frater in Christo, eis iam diu nihil scripserim charitati tuae , tamen non sum oblitus tui : quin immo memor ero tui , quam diu fueris , &cæt. Credo ipsiusmet auctoris manu esse exaratam: qui quando in viuis esse desierit, incompertum habeo , nisi quod ante annos plus minus centum floruisse eum existimem.

Floruit in
Cartusia Co-
loniæ anno
1530. Obiit
florem in sacra Agrippinensium Cartusia
verò in de-
diuino consecrans numini, ob animi can-
dorem vitæque integritatem non solum
suis quibuscum degebat, sed & exteris
omnibus perquam charus extitit: admis-
sus nimirum ad Ordinis gremium ab exi-
mia pietatis viro P. Petro Leidenli , illo
nimirum tempore Coloniensis Cartusia
Primatum agente . Qui non contentus re-
bus sepe mundanis omnibus abdicasse, et
iam utrumque germanum suum , nempe
Brunonem , ac Hugonem Loherios ad
eundem diuini seruitij famulatum se-
cum pertraxit. Quod quidem præclare
pietatis exemplum magnoperè suis ex-
tollit verbis inculpatæ vitæ vir , atque ab
omni adulatio*n*is næuo alienus Ioannes
Iustus Lanspergius : qui cum præfato P.

mo Herbi-
polensi anno
1554.26.
Augusti.

Theodorico in eâdem Colonensi Cartusia coniunctissimè viuens, ac suas in vitam Iesu Christi Seruatoris nostri. *¶* Meditationes eidem dedicans, inter cætera ita ait: *Vt hæc meditationes meas ederem,*
Propter erunt colon. apud Gasparum Gennepænum, an. 1597.
Huonoris Loherij cōmendatio, I. Læffergij, in Colon. Cart. qui cùm esset discipulus
lau. Brunonis Loherij laus.
fecit fratri germani HUGONIS, noui apud nos in Ordine nostro Christi tyronis, tum erga Deum feruor, tum erga me dilectio. Nam ordini maximè eum idoneum videns, cupiebam hoc quoque exercitiorum genere institui. Est enim non paucis à Deo præditus donis, ingenio pollens admirabili. Est præterea innocens, ut obiit.
vt permulta alia, nemini ita post Deum accepta referre debet atque tibi. Quæadmodū & alter germanus tuus Bruno, licet maior natu, nobiscum Cartusianus & Sacerdos, eâdem gratiâ enitè. Horum utriusque tu olim in genti cura, nec minori vigilancia & vita necessaria procurare studiisti, & animæ salutem. Quid dicam? Nullum non mouisti lapidem, omnes rependiisti conatus, ut hac in re magis patrem, quam fratrem germanum præstares: quò simul & docti euaterent, & integratius non amitterent innocentiam. Sudabas quotidie ne de mundo quidquam attingerent, sed potius in Ordine Cartusiano tecum Deo seruirent. Propterea non passus est Deus tam sancto, tamq[ue] pio te desiderio fraudari. Nam innocentes, docti, incorrupti, Deoque deuoti tecum bodie, non solum in eodem

*dem Ordine, verum in eodem quoque (Coloniensi) monasterio viuunt. Deoque duati sunt. Hactenus Lanspergius. Verum Theodoricus quotidie de virtute in virtutem proficiens, cum non admodum multos in Ordine translegisset annos, à Priore suo Petro Leideni Sacrista, seu rerum sacramentorum cultos, ac deinde etiam Subprior (Theodoricus Loehrieus Vicarium dicimus) est designatus; cui fuit Sacrista etiam annis admodum quindecim pecto- ac Vicarius ris lui arcana, & priuatim & publicè pate. Cartusia Coloniensis fecit. Non facturus utique, nisi eius singularē integratatem taciturnitatēque exploratè cognitam habuisset. Cæterum quantos die noctuque in eruendis DIONYSII RICKELII lucubrationibus labores exhauserit, constat ex aliquot dedicatorijs eiusdem epistolis, in quarum una ita de se ait: b. *Magna certè industria, b. Epistola magna vigilantia, nec minori labore conatus ad P. Ioannem sum operū DIONYSII catalogum componere;* Houthomii, portare; at indies librorum eius copia maior insigne Administratur; quos DIONYSII esse & rem. glie Martyn. phrasis, & pietas eius in Deum singulari, & (quod bis certius est) manus eius, qua omnes quos elucubravit scripsit, indicant. Atque Dionysius vtinam hunc diem viuam, quo DIO- propria MANNYSII opera omnia typis videam ex-nu omnia sua causa. Pro hac quippe re nostri Ordinis conscripsit Proceres (sic namque in alia quadam volumina)*

c. *Prefixa est Dionysij Commen- arijs in Hymnos ordinis Cart. anno Dom. 1533. impressis.*

conqueritur e epistola Florentie Cartusie Priori Octauiano inscripta) precibus nō semel adij, interpellauit Academia nostra Theologos, conueni Bibliopolas, excitauit diaites, nec ullum non moui lapidem, vbi huic se reip̄es vla- la reposita fuisset. Neque id iniuria: sciebat namque magnæ & eruditionis & authori- tatis viros id aliquoties nequicquam at- tentasse. Inter quos haud infimus fuit P. Georgius Reischius, Friburgensis Prior, qui ob *margaritam*, quam edidit *Philoso- phicam*, celebre sibi comparauit nomen. Itaque quid laboris, quid difficultatis tæ- dijque Loherius noster in DIONYSIO promulgando senserit, ingenuè ipsemet fatetur. Subdit nāq;: d Successit ilicē negotio negotium, labor labori ungebatur, dū quatuor subinde aut quinque, & nonnunquam octo vel nouem prala vna in ciuitate à me simul posce- rent exemplaria correcta. Quibus transcriben- dis, relegendis, corrigendis, distinguendisq;e, qua vigilia, qui labores, qua studia, quot ad li- bros, ad Doctores recursus, quis denique motus ac sollicitudo insumenda sunt (præsertim quan- do crebrd legi non possint autoris originalia, sed diuinare oporteat) non puto nisi harum rerum experto fore credibile. Certè ipsa hæc nostra Coloniensis Cartusia aliquot aureorum millia libenter in hunc vsum expendit, vt hæc res optatum haberet successum : li- cet

d. *Ibid.*

cet non defuerint interim etiam aliarum Primates domorum, qui ad pios P. Lo- herij promouendos conatus, haud pa- rum contulere subisdij: quorum ipse nonnullos (prout erat accepti non im- memor beneficij) in quadam liminarie commemorans epistola, ita ait: e Epist. ad Petrum Sæb. V. P. D. Ioannes Zulte, Prior Cartusie Cartusie Vl- Diestenfis, haud ignauiter suam nobis ope- trajectine ram locat, ne domus nostra (Coloniensis) Priorez, plus aquo, solaq;e supra vires grauetur. Nam amicos, ut pecunias subsidiarias administrent, ipse cohortatur, &c cæt. Hoc modo Venerabi- Commem- lis quoque Pater Henricus Bruine Prior Car- rancitur Pri- rufia Antwerpensis, quod potuit D I O- res aliquot N T S I O Belge qui suppetias tulit. Nec minus ad- subisdij tu- stiere nobis Prior Gandensis, Buscoducen- lere in pro- sis, & Louaiensis, viri admodum deuoti mulgandis & venerandi, DIONYSII euulgationem Diorysij Car- scribendo, & exemplaria transmittendo impen- tus operibus. sè promouentes.

V E R V M enim uero cùm iam labor omnis in euulgando DIONYSIO effet exantlatus, iamq; strenuus hic Christi athleta quiete se potiturum arbitraretur, noua denuò occupationis mole oneratus fuit. Cùm etenim nominis eius fama apud omnes per celebris iōngē lateq;e vagaretur, Hildesienses fratres eum sibi in Priorem adsciuerunt; vbi quid diffi-

*Fit Prior
Cartusie
Hildesiense
in Saxonia.*

cultatis, quid oneris sustinuerit, quis pro merito referre queat? Nam cenobium illud inter haereticos positum, in flamas cinereisque redactum, ille in integrum restituit, durumque cum haereticis bellum suscipiens multa ab illis horrenda est perpessus. Cuius equidem rei testis in primis

*Prodierunt
Moguntinae
apud S. Vi-
ctorum anno
1550.*

Vitus Dulckenius, Moguntinæ ista tempestate Cartusiæ Prior, qui res gestas Patrum nostrorum f. Anglorum Venerando huic Parri Loherio dedicans, ita eum alloquitur: *Non defuit animus tuus Martyrio, sed potius animo tuo Martyrium defuit, qui pro Christi charitate, ac nostra religione zelo, innumerabiles in hunc usque diem peregrinationes, labores, molestias, & vita discrimina sustinuisti, dum primum Hildesimense Cartusia excedere iussus, ac mox à Reuerendo totius Ordinis Patre & Capitulo Generali commissione legitimâ accepta, nullum diem intermisisti, nullamque tibi requiem concessisti, quin in diuersis Cartusis, ab apostolis pugnâ oblate repeteres, dirupta reparares, depravata reformares, omniaque tandem in pristinam & Catholicam Orthodoxorum Patrum integritatem reuocares. Quia in palestra, dum fôliciter cœlesti adspirante fauore lustraris, quantam odij molem, quantamque huius mundi Magnatum & Potentum inuidiam sustinueru, hac præfertim turbulenta-*

eissima tempestate, facile est cuius non imprudenti per se estimare. Quin immè nouit hoc, ac libens etiam agnoscit non solum noltra hæc Rhenana Provincia, sed & ipsa Franconia, & præcipue Buxiana Cartusia: quæ cum in Suevia haud procul ab imperiali vrbe Memmingensi, inter medias haereticorum turbas posita sit, insigni huius Patris industriæ ac peruigili studio (præfuit namque summa cum auctoritate annis aliquot isti loco, imò & toti Provinciæ) etiamnum hoc tempore suam adscribit incolumitatem sospitatemque.

FERTVR verò in quodam magni momenti negotio inuictissimo, iuxta ac prudentissimo Imperatori Carolo V. à quo mirum in modum amabatur, ac suspiciebatur, suam egregiè nauasse operam, tantamque apud ipsum hoc nomine gratiam inijisse, ut amicitiæ contestandæ causa, propria eum Hispanica induerit toga. Itaque plurimum huic Viro debent pijs & Catholici omnes: vt qui vnum plura præstiterit, quam multi simul facere valuerint. De quo ita suo in Apparatu Possevimus. THEODORICVS Loër à Stratis, Germanus, Coloniensis Cartus. Propræfetus, præter liminaires epistolæ, quas & permultas, & Christiano zelo refertas B. DIONYSII Cartusiani monumentu præfixit, egregium librum de g

g Prodiit hoc de g miraculus, que in Sacrofandta Eucharistia (Bruxellæ) acciderunt, contexuit. Quin & vitam DIONYSI Cartusiani accurate conscripsit, impressam apud Gasparem Gennepzum anno 1532. Tandem verò post innumeros labores, fatigations, profectionesque, cùm esset in itinere, morbo correptus, è carnis ergastulo ad cœlestem patriam commigravit, humatus nimirum in celeberrimæ Herbi-polensis Cartuliz Odeo, anno scilicet Domini 1554. iuxta tumulum fundatoris. Cuius sepulchrū iure merito huiuscemo- di aut consimili esset condecorandum Epitaphio:

Nobile Cartusij Dionysius Ordinis olim,
Et decus, & splendor, nil nisi sacra crepat.
Hac Loer excipiens Theodoricus omnia, tandem
Prefigit ut volent doct aper ora virum.
Quem leuis hic tellus retinet, sed spiritus astræ
Scandit, ubi aetherea pace potitur ouans.

THEODORVS PETREIVS, Car-
tusianorum minimus, &cæt. vide in fine
huius BIBLIOTHECAE.

Praest etiā natiōne Holādus, patria Harleminus, dum Dieftensi hoc in Brugēsi degeret Cartusia, sibi ipsi Sche-
anno M.DC. ma quoddam cōcinnauit, in quo pro ma-
iori virtutis profectu, insignes aliquot monasticæ religionis prærogatiwas, ordi-
ne Al-

ne Alphabetico disposuit. Quibus ex ad- uero, quām perfidus, fallax, ac vanus sit mundus (contraria quippe iuxta se posita magis eluescunt) quasi ex diametro op- posuit. In quo si quis nimias monasticæ religionis cōmendationes contineri ex- stimet, is mīhi cōsideret, quibus laudum præconijs B. Hieronymus, Bernardus, D. Thomas, Bonaventura, alijque SS. Eccle- sia Patres hoc angelicum vitæ genū ex- tollant. Maximè verò inspiciat Doctoris Alani de Rupe X X X. prærogatiwas. Quid? quod auctor ipse libens agnotcat, se hæc pro maiori parte ex Speculo morali IOAN- NIS VITALIS, S. R. E. doctissimi Car- dinalis decerpisse, auctore nimirum gra- ui: quò vel sic nouelloſ Christi tyra- nos ad diuini numinis cultum, rerum- que mundanarum fastidium posset inducere: quod in illorum id- circo gratiam libentes hic adiecimus.

Mun-

Mundus est.

1. Confusus ordo.
2. Terra infelix.
3. Pratum senticofum.
4. Lacus contagij.
5. Dulce venenum.
6. Nugæ feriæ.
7. Habitatio feralrum.
8. Area laborum.
9. Fastuosa miseria.
10. Pœnitentiaæ stimulus.
11. Segnis curiositas.

Irrisa simplicitas.

1. Simulata virtus.
2. Miseranda felicitas.
3. Bellum implacabile.
4. Egens inopia.
5. Babylon confusa.
6. Latens præcipitum.
7. Cœrorum regio.
8. Labyrinthus errorum.
9. Infaulta cœcuritas.
10. Concors discordia.
11. Contentionum strepitus.

*Desertum horribile.**Religio est.**A.*

1. Acies ordinata. *Cant. 6. 3.*
2. Ager segetum.
3. Ager, cui benedixit Dominus. *Deut. 28.*
4. Alterum baptisma. *Bernard.*
5. Arbor sycomorus. *Luc 19. 4.*
6. Arca Dei. *1. Reg. 3. 3.*
7. Arca Noë. *Gen. 6. 14.*
8. Area purgationis.
9. Areola aromatum.
10. Armatura fortium.
11. Aureum thuribulum. *Cant. 4. 4.*
Hebr. 9. 4.

B.

1. Balneum animarum. *B. Bernard.*

C.

1. Caminus humiliationis.
2. Castellum contra mundum. *Matth. 21. 2.*
3. Castra filiorum Israel.
4. Cellula pigmentaria. *Eph. 4. 10. 2.*
5. Ciuitas Dei.
6. Ciuitas in monte posita. *M.*
7. Ciuitas refugij.
8. Ciuitas vallata.
9. Cœnaculum Heliæ. *4. 1.*
10. Conciliabulū Dei & hominum.
11. Currus Israel. *4. R.*

D.

1. Desertum Israel.

Mundus est.

2. Puteus odiorum.
3. Spirans mors.
4. Regnum dæmonum.
5. Domicilium Belial.

1. Ignominiosa deiectione.

1. Inane suspirium.
2. Fôns curarum.
3. Fugarum forma.
4. Caminus cupiditatum.
5. Abditum rete.

1. Futilis excellentia.

1. Honoratum dedecus.
2. Labor inefficax.
3. Tecta fouea.
4. Lacus inexplebilis.
5. Mordax sapientia.
6. Limosa palus.
7. Ridiculus ambitus.

1. Via colubri.
2. Amara dulcedo.
3. Baculus arundineus.

1. Ignominiosus proditor.
2. Silens lima.

3. Locus

Religio est.

2. Dimicantum Palæstra. *Bonavent.*
3. Domini prælium.
4. Domus Dei. *Psal. 25. 8.*
5. Domus sapientis. *E.*

1. Exercitium disciplinae. *F.*

1. Fluuius orationum.
2. Fons signatus. *Cant. 4. 12.*
3. Fomes virtutum.
4. Fornax Spiritus sancti. *Bernard.*
5. Fuga mundi. *G.*

1. Gloria Christi. *H.*

1. Holocaustum medullatum. *Psal. 65. 15.*
2. Hortus aromatum. *Cant. 4. 16.*
3. Hortus Affueri. *Esther. 7. 7.*
4. Hortus conclusus. *Cant. 4. 12.*
5. Hortus deliciarum.
6. Hortus irriguus. *Num. 24. 6.*
7. Hortus plantationum Domini. *Ezai. 61. 3.* *I.*

1. Iter rectum.
2. Iugum Christi suave. *Mat. 10. 30.*
3. Juniperus Heliæ. *3. Reg. 19. 4.* *L.*

1. Lauacrum tonsarum.
2. Lima correctionis. *Cant. 4. 3.* *T* 3. Locus

Mundus est.

3. Aridum fattidium.

1. Falsa lætitia.
2. Saccus pertusus.
3. Pax inuidia.
4. Ima elatio.
5. Fœdus carcer.
6. Grata phrenesia.
7. AEgra sanitas.

1. Exarmata nauis.

1. Officina scelerum.
2. Scabra lenitas.

1. Palæstra discriminum.
2. Statua Nabuchodonosor.
3. Breue diuersorum.
4. Viuentium infernus.
5. Fluëtus impetuofus.

1. Tumultuosa confusio.

1. Turbulenta trepidatio.

1. Callis inexplicabilis.
2. Honor inglorius.
3. Inescatus hamus.
4. Verus dolor.

§. Pro-

Religio est.

3. Locus paucæ.

M.

1. Mansio solitudinis.
2. Margarita pretiosa.
3. Ministerium Christi.
4. Mons Abarim.
5. Mons & via Sion.
6. Mons Thabor.
7. Mors, & morbus mundi.

N.

1. Nauis institoris.

O.

1. Officina virtutum.
2. Onus Dominileue.

P.

1. Paradisus voluptatis.
2. Petra refugij.
3. Piscina in Hesebor.
4. Porta cœli.
5. Probatica piscina.

Q.

1. Quadriga Domini.

R.

1. Requies sanctificata.

S.

1. Sabbathum Domini.
2. Sanctuarium Dei.
3. Sagena milia in mare.
4. Sal terræ.

*Psal. 22. 2.**Matt. 13. 46.**Num. 17. 12.**Psal. 2. 6.**Psal. 88. 13.**Prov. 31. 14.**Bernard.**Matt. 10. 30.**Genet. 2. 8.**Psal. 103. 18.**Cant. 7. 11.**Gene. 28. 17.**Ioan. 5. 2.**Ierem. 47. 3.**Ezcl. 24. 12.**Ezai. 66. 23.**Psal. 72. 17.**Matt. 13. 47.**Matth. 5. 13.*

T 2

§. Sca-

Mundus est.

5. Prolixa breuitas.
6. Luciferi principatus.
7. Pomposa vanitas.
8. Insomnis inertia.
9. Ignota nobilitas.
10. Contempta fides.
11. Sepulchrum dealbatum.
12. Vana spes.

1. Quies anxia.
2. Caminus irarum.
3. Apparendi studium.
4. Procellosum pelagus.
5. Locus exilij.
6. Laqueus diaboli.
7. Præruptus mons.
8. Putre ædificium.
9. Longum funus.
10. Famelica nausea.
11. Ventosa prosperitas.
12. Turris Babel.

1. Diues inopia.
2. Vepricosum nemus.
3. Velata ignorantia.
4. Stulta sapientia.
5. Procellosus portus.
6. Mœstum gaudium.
7. Voluptas speciosa.

8. Vē-

Religio est.

5. Scala Iacob.
6. Schola Christi.
7. Solium eleuatum.
8. Solitudo Ioannis in deserto.
9. Solitudo Sion.
10. Sors Domini.
11. Spelunca Prophetarum.
12. Stadium currentium.

T.

1. Tabernaculum foederis.
2. Tabernaculum Iacob.
3. Templum Salomonis.
4. Tentorium Israel.
5. Terra Orientalis.
6. Terra paupertatis.
7. Terra sancta.
8. Terrestre cœlum.
9. Thalamus nuptialis.
10. Thesaurus absconditus.
11. Tunica Christi.
12. Turris Dauid.

V.

1. Vallis benedictionis.
2. Vallis nemorosa.
3. Via aurea & regia.
4. Via immaculata.
5. Victoria mundi.
6. Vigiliæ solemnitatis perpetuæ.
7. Vinea dilecti.

T 3

8. Vi-

*Gene. 28. 12.**Bernard.**Ezai. 6. 1.**Ioan. 1.**Coloff. 1. 12.**3. Re. 18. 4.**Exod. 31. 7.**Psal. 86. 2.**3. Reg. 6.**Gen. 31. 25.**Exod 3. 5.**Matth. 13. 4.**Cant. 4. 4.**Psal. 64. 14.**Num. 24. 6.**Psal. 118. 1.*

- | | |
|-------------------------------|---------------------------------|
| Mundus est. | Religio est. |
| 8. Verus hypocrita. | 8. Viridariū perpetuū. |
| 9. Perditio animarū. | 9. Zelus animarum. |
| <i>Si quis diligit mundū,</i> | <i>Religiositas custo-</i> |
| <i>nō est charitas Patru-</i> | <i>diet, & iustificabit</i> |
| <i>in eo.</i> 1.Ioan.2. 15. | <i>cor.</i> Eccl.1.18. |

Isthæc mundi, & veræ religionis op-
posita DESCRIPTIO, dignissima
est, quæ prælo commissa, omni-
bus communicetur.

*Ita censeo ego GHISBERTVS COEVE-
RINX, designatus Episc. Dauentrien-
sis, & librorum Censor, anno 1608.*

Concepit na-
tura an. M.-
THOMAS SPENSERV^S, Anglus, scri-
psit Commentarium in Epistol. D. Pauli ad
P. XXIX. Galatas. Migravit autem ex hac vita anno
M. D. XXIX. Possevius.

TITINABVLVM. Valerius Gallus,
maioris Cartusię professus, nonnulla con-
scripsit volumina, titulo TINTINNABV-
LORVM. Vnde vide in verbo VALERIVS.

Floruit anno
1320. *vt ait*
Trithemius. *Crusianum nominet*) Flo-
rentinus natione, Thadæi medici auditor
quondam ac discipulus præ cæteris do-
ctissimus fuit. Qui quantum Magister in
acquirendis rerum mundanarum opibus
studij posuit (cùm etenim à Principum
aliquo

aliquo accersiretur, non minus quàm
quinquaginta aureos pro diurna popos-
cisse mercede, author est a Trithemius.
Quin imò, ab Honorio Papa IV. aliquā. *a Libr. de*
Scriptor. Ee-
do euocatus, non prius adire eum voluit. *cle in nomi-*
quàm centeni aurei in dies singulos adsi-
ne Tha-
gnarentur) tantum hic de propria lu-
cranda salute laboris sudorisque impen-
dit. Vnde AEsculapio ac Galeno, cæte-
risque id genus Medicorum Principibus
Christo posthabitis, Diui BVRNONI^S
scholæ est initiatus. Scriperat autem an-
te Ordinis ingressum nonnulla ad cor-
porum medelam pertinentia. E quibus
extat Commentum in regimen Galeni
(technen ipsi nominant) tanta ingenij fœ-
licitate, vt magis author quàm Commen-
tator à Medicis nuncupetur. Dicitur ve-
rò etiam in Ordine (vtr sentit b Sutorius) b Libr. 2.
spirituali nonnulla edidisse opuscula: qui ait *vite Cartuf.*
illum floruisse apud Cartusionos circa an-
num Domini septuagesimum post mille. *traff. 3. cap.*
simum ducentesimum, cùm Trithemius
adsignet millesimum trecentesimum. Quo-
rum neuter tamen, qua nam in Cartusia
vixerit, edifferit. *7 pag. 562.*

TVNDALVS, natione Hybernum, pa- *Vinebat an-*
tria Castellensis, quem Possevius nostræ *na M. C.*
familia hominem facit, scriptit librum *XLVIII.*
Apparitionum suarū. De quo quid sentien-

dum, malim à viris iudicio ac eruditione præstantibus expiscari, quam meam sententiam temerè interponere. Vixit, ut inquit, Eisengreinius, anno quadrageſimo octavo ſuprà millesimum centefimum. Verum in qua Cartufia profefſione Deo obſtrinxerit, ignorare me fa-
teor.

V.

*Claruit Fer-
dinando I.
Caſare.*

VALERIVS GALLVS, Primariæ Cartuſiæ (quæ in Delphinatu ſita) cœnobites, plura volumina *tintinnabulorum* titulo cōſcripti: in quibus & de Christia- na pietate diſlerit, & Orthodoxam fidem aduersus hæreticos, ſcītē propugnat. Ex- tāt, vti Posleuinus auctōr mihi eft, in eiusdem Cartuſiæ Bibliotheca manuscripta. Vixit sub Ferdinandō I. Imperatore.

*Vixit in Frā-
gonia anno
M. cccc.
LXXX.*

VERICVS HERBIPOLENSIS, pro- fessus Horti Angelorum propè VVirceburgum, ſacræ paginæ Licentiarus, non ſolūm diuinarum, verum etiam humana- rum literarum egregiè gnarus, pruden- tia excellens, ingenio acer, plurima tum oratione ſoluta, tum carmine lepidè, ele- ganter, & decorè cōposuit. Non etenim arbitratus eft (imperitorum quorundam errore) Carmen vel Theologo, vel reli- gioso viro indignū, ſed ē diuerſo munus Dei eſſe, quo viros præſtatiſſimos iuxta ac ſanctiſſimos aliquādo uſos fuifile conſter.

ſcri-

ſcripſit autem inter cetera (inquit Sutor) eleganteſ Epiftolam ad Carmelitas Herbi- poletiſes, in qua eos hortatur ad conſectāda Heliæ atque Heliſæ, maiorum ſuorū veſtigia. Dedicauit & eiſdem opuſculum in- ſigni carmine conſcriptum, de ſanctis fundato- ribus, proceſſu, titulo, ac confirmationibus eiuf- dem Carmelitani instituti. Ex quibus quantum ingenio ac eruditione valuerit, liqui- dō potest agnoscī. Porrō quando in viuis fuerit, nec Sutorius, nec Dorlandus pro- didit. Simlerus tamen adiugnat annum M. CCCC. LXXX.

VVERNERVS LAERIVS, cognomen- to Roelvinc ex diœceſi Monasteriensi oriūdus, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſ- simus fuit, nec non & vitæ ſanctimonia inſignis; quem Trithemius adſerit ſe in Colonienſi Cartufia inuiſiſſe, cuiusque lu- cubrationes aliquot perluſtraffe. Quarum hæc præcipua ſunt.

1. *Fafciulus temporum.*
2. *Vita S. Pauli Apoſtoli.*
3. *Expositio in omnes Diui Pauli epiftolas, quas manuſcriptas penes nos habemus ali- quot voluminibus ab ipſo auctore exara- tas.*
4. *Similiter & epiftolas omnes Canonicas.*
5. *In Thobiam.*
6. *Quæſtiones duodecimpro S. Theologieſtu- dioſis*

*Obiit in
Cart. Colon.,
an. 1502.*

- diosis. impressę Colonię in 4. apud Arnoldum Therhoernem an. 1475.
7. *Paradisus conscientia*, ibidem in 4.
 8. *Quæstiones X. pro religiosis.*
 9. *De regimine rusticorum.*
 10. *De valore Missarum.*
 11. *De visitatione monasticarum.*
 12. *De laude antiqua Saxoniae, seu Westphaliae.*
 13. *Formula viuendi Canonicorum & Sacerdotum secularium.*
 14. *De fraterna correctione.*

Obdormiuit verò in Domino piè ad modum ac religiosè anno 1502.

Vixit Pari-
sis, anno
1400.

V VERNERVS N. Cartusianus, cænobij S. Victoris (si Posseuino habéda est fides) apud Lutetiam Parisiorum, collegit ac digessit ex omnibus Diui GREGORII scriptis libros sedecim de Allegoricis typis, nominum, ac rerum omnium sacris literis contentarum: quos ENVICLEMENTA BIBLIAE inscripsit. Incipiunt autem, Deus aliquando in sacra scriptura. Vndebat anno Domini quadragesimo supra millesimum, idque Parisijs, ubi opus hoc editum est apud Petrum Gomorscium anno 1518. Fieri autem potest, quod ex monacho S. Victoris Cartusianus sit effectus, licet non meminerim de hoc auctore me quidquam apud alios reperisse, præterquam apud unum Posseuinum.

VVII-

V VILHELMVS, vide supra in litera
G. GVLIELMVS.

ZACHARIAS BENEDICTVS, natio- *Vixit in*
ne Italus, patria Vicentinus, contempto *Cartusia Ve-*
Abbatiali pedo ac mitra, Cartusiam Diui *neta, an. M.*
Andreas in littore, propè Venetas, suapte *D. VIII.*
sponte est ingressus; illicque tam vitæ ex-
emplo, quam scribēdi studio, alios ad Di-
uini numinis cultum prouocauit. Et quia
præcipuus erat Diui BRVNONIS amator,
hinc *versu heroico eius vitam, ac res praclare*
gestas, doctè non minus, quam eleganter est
profecutus. Reperitur autem hæc ipsius lu-
cubratio ad calcem operum D. BRVN-
ONIS, antiquæ Parienſis editionis, prælo
Ascensiano.

ZACHARIAS LIPPELOVS, Antwerp- *Obiit in Car-*
pientis, ante ordinis ingressum I. V. Bac- *tus, Colonię.*
calareus, Christo Coloniae dare nomen *an. M. D.*
coepit anno M. D. LXXXVII. Qui cum *XCIX.*
scelcis esset ingenij, atque elegantioris
stili nitore polleret, prolixiores illos
LAVRENTII SVRII Sanctorum To-
mos, in compendium redegit. Quod de-
inde reuidere, atque historijs aliquot au-
gere seriò dum moliretur, continuis ex-
haustus studijs, in phtisim incidit,
quæ paulatim ita conficit hominem,
vt licet florenti esset ætate, ac corpo-
re benè compacto, fato tamen ante
tem-

tempus concesserit: inambulando namque, ac scribendo propemodum occubuit, anno à Christo nato M. D. XCIX. xx. Nouembris, ætatis plus minus XXXIII. Cuius equidem de vitis Sanctorum Epi-tomen, D. CORNELIUS GRASIVS aliquantò post reuidit, plurimarumque vi-tarum accessione locupletauit. Qué qui-dem ita suspicimus, tanquam insignem Coloniensis Cartusiæ benefactorem. Cu-ius bibliothecam non solum præstantissi-morum aliquot auctorum voluminibus exornauit, verum etiam ipso Diui L A-R-E-N-TI I festo, quando solemni professi-onis voto Deo se consecrauit, perpetuam nominis sui memoriam præsentibus qui-dem charam, posteris verò imitandam, ibidem reliquit: addita etiam insigni atq; artificiofa tabula, eiusdem sanctissimi Martyris historiam ad viuum repræsen-tante: cui, numerale hoc Distichon aureis inscriptum literis,

*Professionē
edidit an. M.
D. XCII.*

*CocTus erat saVo DIVVs LaVrentI's IgnI,
CornelIi qVando Gras plete LoCor.*

*Vivit etiam
an. M. DC.
VIII.*

THEODORVS PETREIVS Cartusi-a-norum minimus, atque ideo nouissimo loco iure merito collocatus, Campis Trä-sifulaniaæ vrbe honestis ac probi catholi-cis prognatus parentibus, postquā Svvola-x, Dauentriæ, alijsque in scholis triuiali-bus

bus humanioribus literis, doctissimis vsu præceptoribus mediocrem nauasset ope-ram, tandemque ob vberiorem ingenij capessendum cultum Coloniam Vbiorū anno Domini 1584. à parentibus relegatus esset, post ementum ibidem Philosophici studij decursum, ac Licentiæ gradum, CARTVS ANORVM, quorum tunc illic percelebris apud omnes erat nominis fa-ma, fæse instituto, annum agens duodevi-gesimum, addixit. Sciens nimirum bonū esse homini a portare diuinę seruituris iu-gum ab adolescentia sua, dum flos est in-teger æui, dum tempus anniique finunt. Porrò deploratum considerans patriæ suę statum, illorumque omnium ex animo compatiens, qui siue ex ignorantia, siue ex peruersa hæreticorum Prædicantium in-structione, ab Orthodoxæ fidei sinceritate defecere, ccepit ad hoc pro viribus incumbere, si qua ratione eos ad pristinæ religionis gremium postliminio posset reuocare. Probando nimirum ex perue-tutis sanctissimorum PATRVM monu-mentis, non esse aliam salutis consequen-dæ viam, quam eandem illam, quæ etiam-num in sancta Apostolica ac Catholica ROMANA viget Ecclesia: vt potè à CHRI-STO Salvatore nostro tradita, ab Aposto-lis prædicata, à centenis denique aliquor incul-

a. Thres. 3.
v. 27.

incipitæ vitæ PATRIBVS confirmata. Quorum si doctrinam spectemus, videbimus eos fuisse eruditissimos; si vitæ innocentiam, sanctissimos; si ingenij acumen, perspicacissimos; si pietatem denique, religiosissimos sincerissimosque. Illorum itaque doctissima peruolutans literarum monumenta, atque in primis Beati GREGORII, re ac nomine MAGNI scripta in succum sanguinemque conuertens, GREGORIANAM concinnauit CONFESSIONEM. In qua quidnam de Orthodoxæ fidei dogmatibus, in quibus Catholici ab hereticis dissentiunt, ante annos plus mille senserit hic tam insignis Apostolicæ Ecclesiæ Doctor, ad oculum demonstratur. Quæ quidem prodijt Colô. apud Arnoldū Quentelium, an. 1597. in forma octauii.

Primo omni Gregorianam prodijt Confessio.

I.

Deinde Cy- ac Tertulliani, Parisijs apud Sebastianum Ni-
ppiani ac usellum, cum approbatione sex Doctorum
Tertulliani. istius loci Theologorum, anno nimirum Domini. 1603.

III. Accessit verò paulò post, B. LEONIS
Tertio B. MAGNI, quam Arnoldus Mylius anno 1604.
Leonis. Colonia imprestit.

IV. Confessio
bernardina. Bernardina subsecuta est, quam Colonia itidem apud Antoniū Hierat typis mādari an. Dom. M.DC.VI.

Cura-

curauit, vñ cum epistola Parænetica MARTINI LAUDVNENSIS, ex meris sacræ scripturæ sententijs miro artificio cōcinnata. Cui ad cālcem accessit CATALOGVS omnium per orbem Cartusiarum.

INDE verò animum calamumq; ad aliud studiorum genus transferens, cœpit Demōstratio rogatu Auctoris, è belgico idiomate latinè fidei Catho- interpretari compendiosam Orthodoxæ fidei lxx. CONFESSIONEM, Reuerē Patris FRANCISCI COSTERI, S. Theologiæ Docto- ris perquā eximij: cuius & Conclaves pro magna parte idē iste PETREIVS latinitate donauit. Porrò præfatam hanc DEMONSTRATIONEM dedicauit Reu. & Illust. NVNTIO APOSTOLICO, Domino AT- TILIO AMALTHEO Mēcenati suo integrissimo; viro nimirū, in quo summa morū humanitas singulari cū gruitate, atque eximia in Deum pietate mirificè relucet. Estque apud Vbios impressa anno M.DC. VII. sumptibus Hermanni Myli.

Quam deinde immediate subsecutus est PETRVS DORLANDVS: cuius CARTVSI- ENSE CHRONICON, NOTARVM quaru- dā adiectione illustratū, primus omniū in lucē eruit, ac typis promulgauit, sumptibus nimirū Petri Cholini, Agrippinensis ty- graphi; idq; anno Dom. M.DC.VII.

SIMILITER & BIBLIOTHECAM hāc CAR-

v.
v.

Conclaves
cofferti.

VI.

Petri Dor-
ladi Cartu-
fense Chroni-
con.

Bibliotheca
Cartusiana.

CARTVSIANAM, amicorum quorundam rogatu paucorum dierum spatio in carthas properiter coniecit.

VIII.
Varia Poemata.

QVIN & complura diuersis temporibus conscripsit Poemata, veluti *historiam IONAE versu heroico*, præfixam commen- tarijs Reuerendi Patris Francisci Fenar- dentij, in eundem Prophetam: cuius aduersus Caluini errores *Dialogis*, carmen quoque in detestationem hæreleos adiūxit: cuius initium est;

*Gallia nulla tulit deformia monstra. nec vlos
Saltantes peperit Satyros, rabidasq; Chymeras. &c.*

Atque id genus alia in gratiam amicorum subinde lusit, licet sæpius suo suppresso nomine.

IX.
Harmonica
4. Ecclesiæ
Doctorum
Confessio.

INSUPER absoluit HARMONICAM quatuor Occidentalium Ecclesia Doctorum CONFESSIONEM: qua & Augustana, & VVittenbergica, item Smalcaldica, & Mansfeldica, atque alia denique huius æui pseudoeuangelicorum Confessionum monstra, veluti Herculeo quodam clavo profligantur. Quod quidem opus quandoquidem grandiusculum est, ac magnorum sumptuum (utpote in forma folij) hinc tā diu penes se illud adleruat, quo adusque idoneum nanciscatur typographum, qui sūptibus tolerandis sit par.

QVIN

QVIN imo, pro maiori etiam parte ad calcem perduxit libros quinque SYLVAE ANACHORETICÆ, vitas nimirum illo- rum heremitarum continentis, quos Raphaël ac Ioánes Sadelerij, germani fratres, æui huius præstantissimi sculptores, artificiosissimis laminis æneis expresserunt. Adeo ut ad imitationem VERIDICI CHRISTIANI, à Reuerend. Patre Joanne David elaborati, in non exiguum Lectoris iucunditatem, ipsorumq; Typographorum utilitatem ac emolumentum queant imprimi. Cætera verò quæ idem auctor etiamnum molitur, affecta potius quam confecta sunt. Quæ tamen temporis suc- cessu bono cum Deo in lucem paulatim proferre conabitur. Viuebat enim adhuc anno seculi huius IX. cùm hæc nimirum typis mandarentur; atque quidem quadra- genarius, valetudine verò non imbecilli, conuersatione autem peccator.

Vnde diuinum sibi optat numen propitium, CVISOLI
HONOR ET
GLORIA.

Finis Bibliothecæ Cartusiana.

Quinq; libri
Sylva An-
choretica.

NOMINA PRAECIPVORVM
aliquot Episcoporum, aliorumque Prae-
fatum, Comitum ac Magnatum,
quos Ordo Cartusiensis
habuit.

*Alij volum
fuisse Rhe-
mens.*

B. BRVN O, Patriarcha Ordinis, cùm
fuisse suminus rerum mundanarum
contemptor, ac honorum fugitās, recusa-
uit oblatum sibi ab VRBANO II. amplissi-
mū Rheginensis Ecclesiae Archiepiscopa-
tū: multo futurus gloriōsior in celis, quā
hic in terris studebat esse demissior.

PONTIFICES.

*P. Ioannes
Birelli Pa-
pasum recu-
sanit.*

*Dorlandus
lib. 4. chron.
cap. 22.*

*Item Guili-
elmus Rei-
waldi.*

*Franciscus
de Puteo*

Credo equidem singulari quadam di-
uini numinis benignitate accidisse, ut
Cartusianæ familiæ nullus omnino, ad tā
graue ac periculose vniuersalis Ecclesiæ
munus sit cooptatus: licet à diuersis ali-
quādo id attentatum sit. Mortuo namque
CLEMENTE VI. maior Cardinaliū pars
IOANNEM BIRELLIVM, XXII. Ordinis
Generalem, ad Pontificatum prouehero-
enixè cupiebat, verū ille modis omnibus
recusare. Similiter etiam **GVIELMVS**
REINALDI XXIV. Generalis, in electio-
ne conclavis vndeclim habuit purpurato-
rum Patrum suffragia.

FRANCISCVS de Puteo XXXIII. Or-
dinis

dinis Generalis dicitur in Concilio Basileensi decem habuisse suffragia ad Pontificatum.

CARDINALES:

ET si præfati quidem Patres tam Cardina-
natū quā Pontificatū summa animi
cotentio euadere sint conati, qui tamē
sequutur, nullo modo id efficere potuēre.

NICOLAVS namque **ALBERGATIVS,** *Nicolau*
Bononiensis Cartusia professus, cùm esset *Albergatius*
suspicendæ pietatis, atque eximiæ prudé-
tia vir, à **MARTINO V.** in purpuratorum
Patrum cœtum vel inuitus est adscitus;
fuitque Presbbyter **Cardinalis S. Crucis** in
Hierusalem. Obiit vero Senis, Septimo i-
dus Maij, anno Domini M. CCCC. XLIII.
Pontificatus **EVGENII** decimo tertio.

Alter fuit **BLASIVS** Cardinalis, Prior ni-
mirū domus *porta B. Maria*, qui naturæ cō-
cessit anno virginæ partus M.D.XLIX.

Sunt quoque oculati, ac fide digni testes,
qui adfirmant post obitum **PII V.** in ipsius
conclavi chartam quandam repertam, cō-
tinente nomina doctissimorum quorū-
dam virorum, quos (si diutiis superuixis-
ser) in Cardinalium collegium, cooptare
voluisset. E quorum humero comprimis-
suere **P. LAURENTIVS SYRIVS**, & **PE-
TRVS CANISIUS.**

PATERARCHAE.

Antonius Surianus o. bisi M. D. IX. **A**NTHONIUS SVRIANVS, Venetiarum Patriarcha, ac Primas Dalmatizæ, naturæ concessit an. M. D. IX. De quo copiosius in *No Tis ad Dorlandum*. pag. 105.

EPISCOPI.

Vixere in sacro Cartus. Ordine Episcop. Hic cones ad minus tres: quorū primus fuit Gratianopolitanus Antistes, alter Viennensis, tertius Lincolnensis. De quorum eximia vita sanctimonia alibi à nobis est dictum.

In chronico Dorlandi. **A**NTHELMVS, Episcopus Bellicensis, De quo Surius Tom. 3. die 26. Junij.

Stephanus Dienensis. **S**TEPHANVS, Prior Portarū, Episcopus Diensis. De quo idem Surius 7. Septēb.

Bernardus Prior Portarum. **B**ERNARDVS itidem, Portarum Prior, qui D. Bernardo Abbe Clarquallenſi instigante, ab INNOCENTIO II. putatur eiusdem Dienensis Ecclesiæ fuisse Antistes. Quemadmodum nos latius in *No Tis ad chronicon Dorlandi* pag. 71.

Odoricus Episcopus Dienensis. **O**DOLRICVS Episcopus Dienensis, legitur à B. Hugone Gratianopolitano habitum Ordinis suscepisse, illiusque obitui interfuisse, vti constat ex vita ipsius Tom. 2. Surij die 1. Aprilis. 5. penultimo.

Ionnes Ingelbus, Episcop. Laudensem, Epi- uensis, Prior domus Schenæ, & Visitator Pro-

Prouinciae Anglicæ, obijtan. M. CCCC. scopus Lan-
dauensis. XCIX. die VII. Septembris.

GOSVINVS N. professus Cartusia Gosvinus, Dieftensis, ac poltmodū Episcopus Scha- Episcopus lotensis, de quo in hac Bibliotheca nostra Schalotensis. Cartusiana.

RAIMUNDVS de Commercio, profes. Raimundus, sus domus Glanderij, fuit an. Dni m. d. c. Episcopus Tarlacensem. vi. electus in Episcopum Tarlacensem.

FRANCISCVS de SIMIANA, Episco- Franciscus pus Aptensis, professione Cartusianus, de Simiana. obijt anno M. D. LXXIV.

FRANCISCVS de CASA NOVA, Epi- Franciscus copus Astensis, professus, & alias Prior Car de Casa no- tuſia Auinionensis, ac boni passus, nec non ua. & Visitator Prouinciae, naturæ debitum persoluit, anno M. D. LXXXVIII.

IOANNES BAPTISTA Ruinus, profes. Ioannes Ba- fessus domus Papiae, magnus Cōmendator pīsta, Rui- S. Spiritus in Vrbe, & Prouinciae Löbar- nus. dia remotioris Visitator, alias Prior Ca- pri, Romæ, ac Neapolis, obijt anno M. D. LXXXVIIII. die XXIV. Ianuar.

GVILIELMVS CHRISOLNEVS, Guilielmus Dumblanensis in Scotia Episcopus, ma- Dumblanen- gno natu vir, vt potè genere Baro, sub Sco- sis Episcopis. tiæ defectione, Roman se conferens, atq; Episcopalī dignitate se abdicans, impetra- to à Summo Pontifice, qui eum ad altiora prouehere studebat, consensu, ad Maiore

contendit Cartusiam: in qua Monachum professus, ad annos aliquor, quam humilimè vixit, conferens subinde Ordines sacros suis fratribus. Postmodum verò Lugdunensi ac Romanæ Cartusiae successiuè prefectus, Generalis fuit Ordinis Procurator apud Sanctissimum Dominum nostrum. Quin & Legatus quoq; ad Iacobum Scotiæ Regem tunc, nunc verò Angliæ, missus; prudèter rem gessit. Quippè quem ex sacro fonte olim suscepserat. Obiit vero anno M. D. XCIII. XXVI. Sept.

Andreas Capella.

ANDREAS CAPELLA, Episc. Vrgelensis, ac Prior Scalæ Dei in Hispanijs, tam scriptis clarus, qdām pietate illustris: viuit etiamnum hoc anno M. D C. VIII.

GUALTERVS Episcopus Herbipolensis, professus Cartus. Horti Angelorum.

Godefridus Ambianensis.
a Lib. 7. de signis Eccles.
cap. 1. f. 48.

GODEFRIDVS AMBIANENSIS Episcopus, refertur à Thoma Bozio inter Cartusianæ familiæ Antistites. Vixit namque aliquamdiu in Maiori Cartusia sub

stat ex Nicolao Monacho Suezionensi, qui eius res g. Itas ad longum prosecutus est, exstantque apud Surium Tom. 6. de probatis Sanctorum Historijs, die 8. Novemb. Ibi namque id legitur libr. 3. cap. 8. 10. & 11.

Habuit & alios complures Episcopos Ordine
Cartu-

Cartusienis, quorum nomina temporis iniuria hominumq; incuria interisse arbitramur.

ABBATES.

JOANNES RODE, primò Ecclesiæ Treuiensis Officialis, deinde ex Cartusiano Abbas S. Matthie apud Treuiros; de quo suo loco in hac Bibliotheca egimus.

ZACHARIAS BENEDICTVS, profes sus Cartus. Venetæ, ante ordinis ingressu fuit Abbas Benedictine(ni fallor) familiæ, cuius etiam supra in litera Z. meminimus,

IACOBVS de PARADISO, priusquam Cartusianorū instituto nomen daret, Ciueriensis Ordinis Abbas extitit: Quem & suo loco inter celebres huiusc familiæ scriptores collocauimus.

IOANNES de DEDUCKEN, ex Cartusiano Colonensi Abbas ibidem ad S. Pantaleoné (Benedictini incolunt) electus, quam optimè de loco illo est meritus, obiitq; anno M. CCC. L X IV.

GODEFRIDVS LECHNICH, itidem Cartusianus, præfato Ioanni in officio Abbatis ibidem successit, qui & naturæ concessit, anno M. CCC. LXXXIII.

COMITES.

ERASMVS de VVIREN, inter illustres Germaniaz Comites vere fuit illustis; Würtzen, quippè multò qui gloriósius suā illustra prior Colon

vit familiam, quod ex Primariæ ædis Coloniensis Canonico pauperculus Cartusianus sit effectus, quām si mundano inhærēs fastui, seculo diutius seruiuisset. Vixit vero in Cartusia Coloniensi partim in cella, partim in Prioratus officio annos circiter sex & viginti, obiitq; non sive insigni vita sanctimonia anno M. CCCC. LII.

*Gerardus
comes Ni-
uerensis.*

GERARDVS Comes Niuernensis, ex eorum laicorum numero, quos Conuersos dicimus, summa fuit humilitatis, vixitq; in Maiori Cartusia. De quo vide lib. 4. Chron. Dorlandi, cap. 14. p. 203.

*comes Au-
triae.*

COMES quidam Austriæ itidem factus est Conuersus in Slauonia, in domo quæ vulgo nuncupatur Pletriach.

*Petrus Fre-
ldi.*

PETRVS FRECOLDI, parens CLEMENTIS I V. Pontificis, venit ad Maiorem Cartusiam tempore IANCELLINI Prioris, nempe circa annum Domini M. C. LXX. atque ibidem laicalem habitum ab eodem suscepit.

*Otto à Steinavv
eimau.*

OTTO à STEINAVV cognomento Steinrück primariæ nobilitatis vir, relata coniuge ac liberis, diuinō se famulatui in Cartusia pontis B. Mariæ in Aßheim ad dicens, quām pientissimè illic ad annos aliquot laicus vixit, vitamque felicissimè finijt.

INDEX

INDEX ALPHABETI.

CVS CARTVSIANAE

H V I V S B I B L I O-

T H E C A E.

B. BRVN O pag. 1.

A.	Bernardus Legnicensis.	26	
Damus N.	pag. 1.	Bonifacius Ferrarium.	27
Adrianus N.	3	Bosd.	28
AEGYDIUS Aurifaber.	4	B. Bruno.	29
AEGYDIUS Gutmaior.	5	Bruno Daffringues.	35
Albertus Arnhemius.	6	Bruno Loerius.	35
Alphabetarium.	7	C.	
Ambrosius Alentsenius.	7	Cartusia Coloniens.	40
Anagraphé.	7	Clavius Morellius.	44
Anonymous aliquot.	8	Conradus Merhet.	45
Andreas Capella.	8	Cornelius Graßius.	46
Anthonus Dulckenius.	10	Cosmas Abecedarius.	48
Anthonus Menna.	13	Cosmas Festinus.	48
Anthonus Surianus.	13	Crusianus.	49
Anthonus Volmarus.	14	D.	
Arnoldus Hauenfius.	15	Dionysius Rickenius.	49
Bartholomaeus Ruremun-		Dominicus Treuirensis.	85
danus.	pag. 18	E.	
Basilius.	20	Erasmus Friburgensis.	88
Benedictus Ofanna.	22	Erardus VVinheim.	89
Bernardus Claravallensis.	23	Euerardus Diestensis.	89
Bernardus Portarum.	25	F.	
Florentius Bataurus.	90	V. F.	

I N D E X.

- Florentius Leodicensis.* 91 *Guilielmus de Hypore-*
Franciscus Puteanus. 91 *gia.*
Franciscus Quolain. 95 *Guilielmus Lutlinchii.*
Franciscus Talemani. 96 *Guilielmus Reinaldi.* 122
 G. H.
Gerardus N. 96 *Hammanus de Rudis-*
Gerardus Bredanus. 96 *heim.* 124
Gerardus Stael. 104 *Henricus Arnoldi.* 124
Gerardus Stredamius. 104 *Hericus de Balthea.* 126
Gerardus Hamontanus. 97 *Henricus Brunonis.* 126
Ghisbertus Blochouius. 105 *Henricus Coelkens.* 126
Ghisbertus Bouhuysius. 105 *Hericus Coesfeldius.* 126
Godefridus Tilmannus. 106 *Henricus Dissenius.* 127
Gofsvinus de Becka. 108 *Henricus Friso.* 129
Gofsvinus Dieffenis. 108 *Henricus de Haesia.* 130
Gregorius Reischius. 109 *Hericus Kalckariësis.* 131
Gualtherius Hylthon. 112 *Hericus de Langenstein.* 136
Guido de Pinis. 113 *Henricus Loen.* 135
Guido de Castro. 113 *Henricus N.* 136
Guilielmus Absilius. 115 *Henricus Eleri.* 136
Guilielmus Bibancius. 117. *Henricus de Piro.* 137
Guilielmus Brantegem. 120. *Henricus Prudens.* 138
Guilielmus Hilacensis. 120 *Henricus Reicher.* 140
Hermannus Appeltoern. 141. *Henricus Vroede.* 141
Hermannus Greefgen. 142. *Hermannus Petri.* 143
Hieronymus

I N D E X.

- Hieronymus Brænick.* 143. *Ioannes Houchten.* 1,
Hieronymus Lignanus. 144. *Ioannes Hullinus.* 19
Hieronymus Madaliaga. 145. *Ioannes de Indagine,* a
Hortul^o Deuotionis. 145 *lias Hagen.* 16.
Hortulus Delitiarū. 145 *Ioannes Institor.* 193
Hubertus de Casali. 146 *Ioānes Lanßpergius.* 195
Hugo de Palma. 147 *Ioānes de Lapide.* 207
 I. *Ioānes de Louanio.* 209
Jacobus de Clusa. 148 *Ioānes Macocurtius.* ib.
Jacobus Gruytroede. 149 *Hugo de Palma.* 147
Jacobus Hieronymi. 150 *Ioānes Meskirchius.* 210
Jacobus Iunterbuyc. 151 *Ioānes Michael.* 210
Jacobus Mauritius. 156 *Ioānes Miricæus.* 211
Jacobus Mosander. 156 *Ioānes N.* 211
Jacobus de Parâdiso. 157 *Ioānes Olney.* ibid.
Jacobus Volrati. 157 *Ioānes Parcevalensis.*
Ioannes Batmanonius. 212
Ioannes Billius. 158 *Ioānes Picus.* 212
Ioannes Birellius. 158 *Ioānes Roede.* 213
Ioannes Brugnsfvick. 159 *Ioānes Roede, alias.* 214
Ioannes de Castro. 159 *Ioānes Ruisbroeckius.*
Ioannes à Deo. ibid. 216
Ioannes Diuitis. 161 *Ioānes Svveertius.* 217
Ioannes Egen. 162 *Ioānes Teneramunda-*
Ioannes Hagen. 162 *nus.* 218
Ioannes Hamburgi. 194 *Ioānes Venetus.* 219
 L. *Ioānes VVeidtman.* 219
Iudocus Herolt. 219
Iudocus Hesus. 220

I N D E X.

<i>Laurentius Iustinianus.</i>	<i>Petrus Carbo.</i>	251
222	<i>Petrus Dorlandus.</i>	252
<i>Laurētius Muschele.</i>	<i>Petrus Gryer.</i>	257
225	<i>Petrus Iuliacensis.</i>	257
<i>Laurentius Surius.</i>	<i>Petrus Leidenfis.</i>	256
226	<i>Petrus Rufus.</i>	266
<i>Liunus Ammonius.</i>	<i>Petrus Sutor.</i>	268
232	<i>Petrus de Vinea.</i>	269
<i>Ludolphus Saxo.</i>	<i>Philippus N.</i>	269
233	<i>Porchetus Saluaticus.</i>	269
<i>Ludovvic⁹ Goudaÿs.</i>		
234		
<i>Ludovvicus de la Tour.</i>		
235		
M.		
<i>Marcus Creutzer.</i>	R.	
235	<i>Renatus Hensa.</i>	271
<i>Marcus Fabri.</i>	<i>Rifferius.</i>	272
236	<i>Rochus Anglus.</i>	261
<i>Marſilius Ingenius.</i>	S.	
236	<i>Sebastianus Petri.</i>	261
<i>Martianus N.</i>	<i>Simon VVeisserus.</i>	261
237	<i>Stephanus Salazarus.</i>	
<i>Martinus de Lauduno.</i>		
238		
<i>Mauritius Chanca.</i>		
240		
<i>Michael N.</i>	T.	
246		
N.	<i>Theodorus Harleminus.</i>	
<i>Nicolaus Albergatus.</i>		
246		
<i>Nicola⁹ Clamengius.</i>		
248		
<i>Nicola⁹ Geliminius.</i>		
249		
<i>Nicolaus Thuringus.</i>		
250		
O.		
<i>Osvaldus Anglus.</i>		
250	<i>Theodorus Loerius.</i>	277
<i>Osvaldus de Corda.</i>	<i>Theodorus Petreius.</i>	298
250	<i>Theodorus Stumpffius.</i>	
<i>Osvinus de Becka.</i>		
251		
P.		
<i>Petrus Blomenvenna.</i>	<i>Thomas Spenserius.</i>	294
251	<i>Trufianus.</i>	294
	Tun-	

I N D E X.

<i>Tundalus.</i>	295	Z.
V.		
<i>Valerius Gallus.</i>	296	297
<i>Vlricus Heribolēsis.</i>	296	<i>Zacharias Lippelous.</i>
<i>VVernerus Laerius.</i>	259	296,
<i>VVeryerius N.</i>	296	<i>Theodorus Petreius,</i>
<i>VVilhelmus, vide in lite-</i>		<i>Cartuſianorum mini-</i>
<i>ra G.Guilielmus.</i>		<i>mus.</i>
		298.

N O M I N A P R A E C I P V O .
rum aliquot Episcoporum, praefulam,
aliorumque magnatum quos Ordo
CARTVSIENSIS olim habuit. pag.
204.

Lectori Beneuolo Salutem.

HI sunt praecipui beneuole Lector,
CARTVSIANAE familiæ Scriptores,
quos reperire potui. In quibus eruen-
dis id in primis operam dedi, ne quem sciens
volentque præterire; et si non ambigam, quin
in Italia, Gallia, Hispania, atque alibi plures
forſitan fuerint, atque etiamnum fint, quo-
rum & scripta & nomina me fugiant. Qui
si aliquando iudicati fuerint, in se-
cunda BIBLIOTHECAE
huius editione suis infe-
rentur locis.

ERRATA

ERRATA SIC CORRIGENDA.

Pag. 24. lin. 7. viii. p. 30. lin. penult. socijs. p. 33. lin.
penult. Brunonem. p. 33. l. vlt. valuisse. p. 39. l. 18.
nunquam p. 42. l. 5. hunc p. 47. l. 7. ex professo:
Ibid. l. 17. agitans. p. 49. l. 5. licet. p. 59. l. 16. vacabit. p.
72. l. 25. cinis p. 72. l. 27. complexahs. p. 102. l. 20. Orbe:
p. 106. l. penult. fine: p. 127. l. 22. scieñia. p. 124. l. 22.
commemorat. p. 131. l. 2. theoricae. p. 134. l. 21. peruigi:
lio. p. 135. l. 22. professionibus. p. 157. l. 16. illud. p. 159.
l. 16. authoris. p. 194. l. 1. fictumne. p. 194. l. 13. ptoceata:
tus. p. 194. l. 4. Indice. p. 195. l. crucem. p. 198. l. 23. fa:
lutis. p. 200. l. 1. queant. p. 200. l. 13. quod. p. 214. l. 19.
Decanus. p. 215. l. distam. p. 220. l. 6. eruditos. p. 230.
l. 5. conquirendis. p. 236. l. 18. initiatorem. p. 237. l. 14.
vti. p. 238. l. 5. diuinarum. p. 239. l. 2. à fine illustrata. p.
241. l. 18. adimplenerunt. p. 242. l. 1. nota. p. 243. l. 2. co:
gereret. p. 244. l. 1. ipfique. p. 244. l. 12. Tunc p. 247. l. 9.
exegflet. p. 257. l. 18. indigentib. p. 260. l. pen. colla. 262.
l. 9. perdere. p. 269. l. 15. sciām. p. 7. l. 16. arrepto. p. 61.
l. 7. transiuit. p. 277. l. 21. Primatem. p. 280. l. 1. Floren:
tina. p. 285. l. 17. tyrones. p. 290. l. 5. inuidia. p. 297. l. 24.

